This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google



ANDOVER-HARVARD
THEOLOGICAL LIBRARY

VIRTVTE ET NUMINE

JOANNIS T. CREAGH

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NOUVELLE

REVUE THÉOLOGIQUE.

TOME XXI. — 1889.

Digitized by Google

Imprimi potest.

Tornaci, die 30 Decembris 1889.

G.-F.-J. BOUVRY, *Vic. Gen.*

Imprimi potest.

Engolismen, die 7 Januarii 1890.

† A.-L., *Ep. Engol.*

---

†

Attenta Censorum Ordinis approbatione imprimi potest.

Romæ, die 7 Januarii 1890.

Fr. BERNARDUS AB ANDERMATT,
Ord. Capuc. Min. Gener.

Bruxellis, die 7 Januarii 1890.

Fr. EDUARDUS A TURNHOLTO,
Min. Prov. Fr. Min. Capuc. Ind.

Digitized by Google

NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE

OU SÉRIE D'ARTICLES ET DE CONSULTATIONS

SUR LE DROIT CANON,
LA LITURGIE, LA THÉOLOGIE MORALE, ETC.

PUBLIÉE SOUS LA DIRECTION

du R. P. PIAT de Mons,
De l'Ordre des Frères Mineurs-Capucins

ET DE

M. J. PLANCHARD,
Vicaire-Général d'Angoulême.

AVEC APPROBATION DES ÉVÊCHÉS DE TOURNAI ET D'ANGOULÊME

Honorée d'un Bref de Sa Sainteté Pie IX.

TOME XXI. — 1889.

PARIS
LIBR. INTERNATIONALE CATHOLIQUE
Rue Bonaparte, 66

LEIPZIG
L.-A. KITTLER, COMMISSIONNAIRE
Sternwartenstrasse, 46

H. & L. CASTERMAN
Éditeurs Pontificaux, Imprimeurs de l'Évêché
TOURNAI
1889

Digitized by Google

TOUS DROITS RÉSERVÉS.

Digitized by Google

HANOVER-HARVARD
THEOLOGICAL LIBRARY
CAMBRIDGE, MASS.

NOUVELLE
REVUE THÉOLOGIQUE.

LETTRE DU SOUVERAIN PONTIFE.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis et dilectis Filiis Christifidelibus universis pacem et communionem cum Apostolica Sede habentibus

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Exeunte jam anno, cum natalem sacerdotii quinquagesimum, singulari munere beneficioque divino, incolumes egimus, sponte respicit mens Nostra spatium præteritorum mensium, plurimumque totius hujus intervalli recordatione delectatur. — Nec sane sine caussa : eventus enim, qui ad Nos privatim attinebat, idemque nec per se magnus, nec novitate mirabilis, studia tamen hominum inusitato modo commovit, tam perspicuis lætitiæ signis, tot gratulationibus celebratus, ut nihil optari majus

Digitized by Google

potuisset. — Quæ res certe pergrata Nobis perque jucunda cecidit : sed quod in ea plurimi æstimamus, significatio voluntatum est, religionisque liberrime testata constantia. Ille enim Nos undique salutantium concentus id aperte loquebatur, ex omnibus locis mentes atque animos in Jesu Christi Vicarium esse intentos : tot passim prementibus malis, in Apostolicam Sedem, velut in salutis perennem incorruptumque fontem, fidenter homines intueri : et quibuscumque in oris catholicum viget nomen, Ecclesiam romanam, omnium Ecclesiarum matrem et magistram, coli observarique, ita ut æquum est, ardenti studio ac summa concordia. — His de caussis per superiores menses non semel in cœlum suspeximus, Deo optimo atque immortali gratias acturi, quod et hanc Nobis vivendi usuram, et ea, quæ commemorata sunt, curarum solatia benignissime tribuisset : per idemque tempus, cum sese occasio dedit, gratam voluntatem Nostram, in quos oportebat, declaravimus. Nunc vero extrema anni ac celebritatis renovare admonent accepti beneficii memoriam : atque illud peroptato contingit, ut Nobiscum in iterandis Deo gratiis Ecclesia tota consentiat. Simul vero expetit animus per has litteras publice testari, id quod facimus, quemadmodum tot obsequii, humanitatis, et amoris testimonia ad leniendas curas molestiasque Nostras consolatione non mediocri valuerunt, ita eorum et memoriam in Nobis et gratiam semper esse victuram. — Sed majus ac sanctius restat officium. In hac enim affectione animorum, romanum Pontificem alacritate insueta colere atque honorare gestientium, numen videmur nutumque Ejus agnoscere, qui sæpe solet atque unus potest magnorum principia bonorum ex minimis momentis elicere. Nimirum providentissimus Deus voluisse videtur, in tanto opinionum errore, excitare fidem, opportunitatemque præbere studiis vitæ potioris in populo christiano revocandis.

Quamobrem hoc est reliqui, dare operam ut, bene positis initiis, bene cetera consequantur : enitendumque, ut et intelligantur consilia divina, et re ipsa perficiantur. Tunc denique

Digitized by Google

obsequium in Apostolicam Sedem plene erit cumulateque perfectum, si cum virtutum christianarum laude conjunctum ad salutem conducat animorum : qui fructus est unice expetendus perpetuoque mansurus.

Ex hoc summo apostolici muneris gradu, in quo Nos Dei benignitas locavit, patrocinium veritatis sæpenumero, ut oportuit, suscepimus, conatique sumus ea potissimum doctrinæ capita exponere, quæ maxime opportuna eque re publica viderentur esse, ut quisque, veritate perspecta, pestiferos errorum afflatus, vigilando cavendoque, defugeret. Nunc vero, uti liberos suos amantissimus parens, sic Nos alloqui christianos universos volumus, familiarique sermone hortari singulos ad vitam sancte instituendam. Nam omnino ad christianum nomen, præter fidei professionem, necessariæ sunt christianarum artes exercitationesque virtutum; ex quibus non modo pendet sempiterna salus animorum, sed etiam germana prosperitas et firma tranquillitas convictus humani et societatis. — Jamvero si quæritur qua passim ratione vita degatur, nemo est quin videat, valde ab evangelicis præceptis publicos mores privatosque discrepare. Nimis apte cadere in hanc ætatem videtur illa Joannis Apostoli sententia, *omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ* (1). Videlicet plerique, unde orti, quo vocentur, obliti, curas habent cogitationesque omnes in hæc imbecilla et fluxa bona defixas : invita natura perturbatoque ordine, iis rebus sua voluntate serviunt, in quas dominari hominem ratio ipsa clamat oportere. — Appetentiæ commodorum et deliciarum comitari proclive est cupiditatem rerum ad illa adipiscenda idonearum. Hinc effrenata pecuniæ aviditas, quæ efficit cæcos quos complexa est, et ad explendum quod exoptat inflammata rapitur, nullo sæpe æqui iniqui discrimine, nec raro cum alienæ inopiæ insolenti fastidio. Ita plurimi, quorum circumfluit vita divitiis, fraternitatis nomen cum multitudine usurpant, quam intimis sensibus superbe contemnunt.

(1) Ep. II, 16.

Digitized by Google

Similique modo elatus superbia animus non legi subesse ulli, nec ullam vereri potestatem conatur : merum amorem sui libertatem appellat. *Tamquam pullum onagri se liberum natum putat* (1).

Accedunt vitiorum illecebræ ac perniciosa invitamenta peccandi : ludos scenicos intelligimus impie ac licenter apparatos : volumina atque ephemeridas ludificandæ virtuti, honestandæ turpidini composita; artes ipsas ad usum vitæ honestamque oblectationem animi inventas, lenocinia cupiditatum ministrare jussas. Nec licet sine metu futura prospicere, quia nova malorum semina continenter velut in sinum congeruntur adolescentis ætatis. Nostis morem scholarum publicarum : nihil in eis relinquitur ecclesiasticæ auctoritati loci : et quo tempore maxime oporteret tenerrimos animos ad officia christiana sedulo studioseque fingere, tum religionis præcepta plerumque silent. Grandiores natu periculum adeunt etiam majus, scilicet a vitio doctrinæ : quæ sæpe est ejusmodi, ut non ad imbuendam cognitione veri, sed potius ad infatuandam valeat fallacia sententiarum juventutem. In disciplinis enim tradendis permulti philosophari malunt solo rationis magisterio, omnino fide divina posthabita : quo firmamento maximo uberrimoque lumine remoto in multis labuntur, nec vera cernunt. Eorum illa sunt, omnia, quæ in hoc mundo sint, esse corporea : hominum et pecudum easdem esse origines similemque naturam : nec desunt qui de ipso summo dominatore rerum, ac mundi opifice Deo dubitent, sit necne sit, vel in ejus natura errent, ethnicorum more, deterrime. Hinc demutari necesse est ipsam speciem formamque virtutis, juris, officii. Ita quidem, ut dum rationis principatum gloriose prædicant, ingeniique subtilitatem magnificentius efferunt, quam par est, debitas superbiæ pœnas rerum maximarum ignoratione luant. — Corrupto opinionibus animo, simul insidet tamquam in venis medullisque corruptela morum; eaque sanari in hoc genere hominum sine summa difficultate non potest,

(1) Job. XI, 12.

Digitized by Google

propterea quod ex una parte opiniones vitiosæ adulterant judicium honestatis, ex altera lumen abest fidei christianæ, quæ omnis est principium ac fundamentum justitiæ.

Ex ejusmodi caussis quantas hominum societas calamitates contraxerit, quotidie oculis quodammodo contemplamur. Venena doctrinarum proclivi cursu in rationem vitæ resque publicas pervasere : *rationalismus, materialismus, atheismus* peperere *socialismum, communismum, nihilismum :* tetras quidem funestasque pestes, sed quas ex iis principiis ingenerari non modo consentaneum erat, sed prope necessarium. — Sane, si religio catholica impune rejicitur, cujus origo divina tam illustribus est perspicua signis, quidni quælibet religionis forma rejiciatur, quibus tales assentiendi notas abesse liquet? Si animus non est a corpore natura distinctus, proptereaque si, intereunte corpore, spes ævi beati æternique nulla superest, quid erit caussæ quamobrem labores molestiæque in eo suscipiantur, ut appetitus obedientes fiant rationi? Summum hominis erit positum bonum in fruendis vitæ commodis potiundisque voluptatibus. Cumque nemo unus sit, quin ad beate vivendum ipsius naturæ admonitu impulsuque feratur, jure quisque detraxerit quod cuique possit, ut aliorum spoliis facultatem quærat beate vivendi. Nec potestas ulla frenos est habitura tantos, ut satis cohibere incitatas cupiditates queat; consequens enim est, ut vis frangatur legum et omnis debilitetur auctoritas, si summa atque æterna ratio jubentis vetantis Dei repudietur. Ita perturbari funditus necesse est civilem hominum societatem, inexplebili cupiditate ad perenne certamen impellente singulos, contendentibus aliis quæsita tueri, aliis concupita adipisci.

Huc ferme nostra inclinat ætas. — Est tamen, quo consolari conspectum præsentium malorum, animosque erigere spe meliore possimus. Deus enim *creavit ut essent omnia, et sanabiles fecit nationes orbis terrarum* (1). Sed sicut omnis hic mundus non aliter conservari nisi numine providentiaque ejus potest, cujus

(1) Sap. I, 14.

Digitized by Google

est nutu conditus, ita pariter sanari homines sola ejus virtute queunt, cujus beneficio sunt ab interitu ad vitam revocati. Nam humanum genus semel quidem Jesus Christus profuso sanguine redemit, sed perennis ac perpetua est virtus tanti operis tantique muneris : *et non est in alio aliquo salus* (1). Quare qui cupiditatum popularium crescentem flammam nituntur oppositu legum extinguere, ii quidem pro justitia contendunt : sed intelligant, nullo se fructu aut certe perexiguo laborem consumpturos, quamdiu obstinaverint animo respuere virtutem Evangelii, Ecclesiæque nolle advocatam operam. In hoc posita malorum sanatio est, ut, mutatis consiliis, et privatim et publice remigretur ad Jesum Christum, christianamque vivendi viam.

Jamvero totius vitæ christianæ summa et caput est, non indulgere corruptis sæculi moribus, sed repugnare ac resistere constanter oportere. Id *auctoris fidei et consummatoris* Jesu omnia dicta et facta, leges et instituta, vita et mors declarant. Igitur quantumvis pravitate naturæ et morum longe trahamur alio, curramus oportet *ad propositum nobis certamen* armati et parati eodem animo eisdemque armis, quibus Ille, qui *proposito sibi gaudio sustinuit crucem* (2). Proptereaque hoc primum videant homines atque intelligant quam sit a professione christiani nominis alienum persequi, uti mos est, cujusque modi voluptates, horrere comites virtutis labores, nihilque recusare sibi, quod sensibus suaviter delicateque blandiatur. *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis* (3), ita ut consequens sit, Christi non esse, in quibus non exercitatio sit consuetudoque patiendi cum aspernatione mollium et delicatarum voluptatum. Revixit enim homo infinita Dei bonitate in spem bonorum immortalium, unde exciderat, sed ea consequi non potest, nisi ipsis Christi vestigiis ingredi conetur, et cogitatione exemplorum ejus mentem suam moresque conformet. Itaque non consilium, sed officium, neque eorum dum-

(1) Act. IV, 12. (2) Heb. XII, 1, 2.
(3) Galat. V, 24.

Digitized by Google

taxat, qui perfectius vitæ optaverint genus, sed plane omnium est, *mortificationem Jesu in corpore* quemque suo *circumferre* (1).

Ipsa naturæ lex, quæ jubet hominem cum virtute vivere, qui secus posset salva consistere? Deletur enim sacro baptismate peccatum, quod est nascendo contractum, sed stirpes distortæ ac pravæ, quas peccatum insevit, nequaquam tolluntur. Pars hominis ea, quæ expers rationis est, etsi resistentibus viriliterque per Jesu Christi gratiam repugnantibus nocere non possit, tamen cum ratione de imperio pugnat, omnem animi statum perturbat, voluntatemque tyrannice a virtute detorquet tanta vi, ut nec vitia fugere nec officia servare sine quotidiana dimicatione possimus. *Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem hæc sancta synodus fatetur ac sentit, quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Jesu Christi gratiam repugnantibus, non valet; quinimo qui legitime certaverit, coronabitur* (2).

Est in hoc certamine gradus fortitudinis, quo virtus non perveniat nisi excellens, eorum videlicet, qui in profligandis motibus a ratione aversis eo usque profecerunt, ut cælestem in terris vitam agere propemodum videantur. Esto, paucorum sit tanta præstantia : sed, quod ipsa philosophia veterum præcipiebat, domitas habere cupiditates nemo non debet; idque ii majore etiam studio, quibus rerum mortalium quotidianus usus irritamenta majora suppeditat; nisi qui stulte putet, minus esse vigilandum ubi præsentius imminet discrimen, aut, qui gravius ægrotant, eos minus egere medicina. — Is vero, qui in ejusmodi conflictu suscipitur, labor magnis compensatur, præter cælestia atque immortalia, bonis : in primis quod isto modo, sedata perturbatione partium, plurimum restituitur naturæ de dignitate pristina. Hac enim lege est atque hoc ordine generatus homo, ut animus imperaret corpori, appetitus mente consilioque regerentur; eoque fit, ut non dedere se pessimis dominis cupiditatibus, præstantissima sit maximeque optanda libertas.

(1) II Cor. iv, 10. (2) Conc. Trid. Sess. v, can. 5.

Digitized by Google

Præterea in ipsa humani generis societate non apparet quid expectari ab homine sine hac animi affectione possit. Utrumne futurus est ad bene merendum propensus, qui facienda, fugienda, metiri amore sui consueverit? Non magnanimus quisquam esse potest, non beneficus, non misericors, non abstinens, qui non se ipse vincere didicerit, atque humana omnia præ virtute contemnere. Nec silebimus, id omnino videri divino provisum consilio, ut nulla afferri salus hominibus, nisi cum contentione et dolore queat. Revera si Deus liberationem culpæ et errati veniam hominum generi dedit, hac lege dedit, ut Unigenitus suus pœnas sibi debitas justasque persolveret. Justitiæque divinæ cum Jesus Christus satisfacere alia atque alia ratione potuisset, maluit tamen per summos cruciatus profusa vita satisfacere. Atque ita alumnis ac sectatoribus suis hanc legem imposuit suo cruore sancitam, ut eorum esset vita cum morum ac temporum vitiis perpetua certatio. Quid Apostolos ad imbuendum veritate mundum fecit invictos, quid martyres innumerabiles in fidei christianæ cruento testimonio roboravit, nisi affectio animi illi legi obtemperans sine timore? Nec alia via ire perrexerunt, quotquot curæ fuit vivere more christiano, sibique virtute consulere : neque igitur alia nobis eundum, si consultum saluti volumus vel nostræ singulorum, vel communi. Itaque, dominante procacitate libidinum, tueri se quemque viriliter necesse est a blandimentis luxuriæ : cumque passim sit in fruendis opibus et copiis tam insolens ostentatio, muniendus animus est contra divitiarum sumptuosas illecebras, ne his inhians animus, quæ appellantur bona, quæ nec satiare eum possunt, ac brevi sunt dilapsura, thesaurum amittat non deficientem in cælis. Denique illud etiam dolendum quod opiniones atque exempla perniciosa tanto opere ad molliendos animos valuerunt, ut plurimos jam prope pudeat nominis vitæque christianæ : quod quidem aut perditæ nequitiæ est, aut segnitiæ inertissimæ. Utrumque detestabile, utrumque tale, ut nullum homini malum majus. Quænam enim reliqua salus esset, aut qua spe niterentur homines, si gloriari in nomine Jesu Christi desierint, si vitam ex præceptis

Digitized by Google

evangelicis constanter aperteque agere recusarint? Vulgo queruntur viris fortibus sterile sæculum. Revocentur christiani mores; simul erit gravitas et constantia ingeniis restituta.

Sed tantorum magnitudini varietatique officiorum virtus hominum par esse sola non potest. Quo modo corpori, ut alatur, panem quotidianum, sic animæ, ut ad virtutem confirmetur, nervos atque robur impetrare divinitus necesse est. Quare communis illa conditio lexque vitæ, quam in perpetua quadam diximus dimicatione consistere, obsecrandi Deum habet adjunctam necessitatem. Etenim, quod est vere ab Augustino venusteque dictum, transcendit pia precatio intervalla mundi, divinamque devocat e cœlo misericordiam. Contra cupiditatum turbidos motus, contra malorum dæmonum insidias, ne circumventi in fraudem inducamur, adjumenta petere atque auxilia cœlestia jubemur oraculo divino : *orate ut non intretis in tentationem* (1). Quanto id necessarium magis, si utilem dare operam alienæ quoque saluti volumus! Christus Dominus, unigenitus Filius Dei, fons omnis gratiæ et virtutis, quod verbis præcepit, ipse prior demonstravit exemplo : *erat pernoctans in oratione Dei* (2) : sacrificioque proximus *prolixius orabat* (3).

Profecto longe minus esset naturæ extimescenda fragilitas, nec languore mores desidiaque diffluerent, si divinum istud præceptum minus jaceret incuria ac prope fastidio intermissum. Est enim exorabilis Deus, gratificari vult hominibus, aperte pollicitus, sua se munera large copioseque petentibus daturum. Quin etiam invitat ipsemet petere, ac fere lacessit amantissimis verbis : *Ego dico vobis, petite et dabitur vobis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis* (4). Quod ut confidenter ac familiariter facere ne vereamur, majestatem numinis sui similitudine atque imagine temperat parentis suavissimi cui nihil potius, quam caritas liberorum. *Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis*

(1) Matth. XXVI, 41.
(2) Luc. VI, 12.
(3) Luc. XXII, 43.
(4) Luc. XI, 9.

Digitized by Google

Pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se! (1). — Quæ qui cogitaverit, non nimium mirabitur si efficientia precum humanarum Joanni quidem Chrysostomo videatur tanta, ut cum ipsa potentia Dei comparari illam putet posse. Propterea quod sicut Deus universitatem rerum verbo creavit, sic homo impetrat, orando, quæ velit. Nihil est rite adhibitis precibus impetrabilius, quia insunt in eis quædam velut moventia, quibus placari se Deus atque exorari facile patiatur. Nam inter orandum sevocamus ab rebus mortalibus animum, atque unius Dei cogitatione suspensi, conscientia tenemur infirmitatis humanæ : ob eamque rem in bonitate et amplexu parentis nostri acquiescimus, in virtute conditoris perfugium quærimus. Adire insistimus auctorem omnium bonorum, tamquam spectari ab eo velimus ægrum animum, imbecillas vires, inopiam nostram : plenique spe, tutelam atque opem ejus imploramus, qui ægrotationum medicinam, infirmitatis miseriæque solatia præbere solus potest. Tali habitu animi modeste de se, ut oportet, submisseque judicantis, mire flectitur Deus ad clementiam, quia quemadmodum superbis resistit, ita humilibus *dat gratiam* (2). Sancta igitur sit apud omnes consuetudo precandi : mens, animus, vox precentur : unaque simul ratio vivendi consentiat, ut videlicet per legum divinarum custodiam perennis ad Deum ascensus vita nostra videatur.

Quemadmodum virtutes ceteræ, ita hæc etiam, de qua loquimur, gignitur et sustentatur fide divina. Deus enim auctor est, quæ sint homini vera atque unice per se expetenda bona : itemque infinitam Dei bonitatem, et Jesu redemptoris merita eodem auctore cognovimus. Sed vicissim pia precandi consuetudine nihil est ad alendam augendamque fidem aptius. Cujus quidem virtutis, in plerisque debilitatæ, in multis extinctæ, apparet quanta sit hoc tempore necessitas. Illa enim est maxime, unde non modo vitæ privatorum petenda correctio est, sed etiam earum rerum judicium expectandum, quarum conflictio quietas

(1) Matth. VII, 11. (2) I Petr. V, 5.

Digitized by Google

et securas esse civitates non sinit. Si æstuat multitudo immodicæ libertatis siti, si erumpunt undique proletariorum minaces fremitus, si inhumana beatiorum cupiditas numquam se satis consecutam putat, et si quæ sunt alia generis ejusdem incommoda, his profecto, quod alias uberius exposuimus, nihil subvenire melius aut certius, quam fides christiana, potest.

Locus admonet, ad vos cogitationem orationemque convertere, quotquot Deus ad sua dispensanda mysteria, collata divinitus potestate, adjutores adscivit. Si caussæ indagantur privatæ publicæque salutis, dubitandum non est, vitam moresque clericorum posse plurimum in utramque partem. Meminerint, igitur, se *lucem mundi* a Jesu Christo appellatos, quod *luminis instar universum orbem illustrantis sacerdotis animam splendescere oportet* (1). Lumen doctrinæ, neque illud vulgare, in sacerdote requiritur, quia muneris ejus est implere sapientia ceteros, evellere errores, ducem esse multitudini per itinera vitæ ancipitia et lubrica. In primis autem vitæ innocentiam comitem doctrina desiderat, præsertim quod in emendatione hominum longe plus exemplo, quam peroratione proficitur. *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona* (2). Cujus divinæ sententiæ ea profecto vis est, talem esse in sacerdotibus perfectionem oportere absolutionemque virtutis, ut se tamquam speculum præbere intuentibus queant. *Nihil est, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt : cum enim a rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tamquam in speculum reliqui oculos conjiciunt ex eisque sumunt, quod imitentur* (3). Quare si omnes homines caveant vigilanter oportet, ne ad vitiorum scopulos adhærescant, neu consectentur res caducas appetitione nimia, apparet quanto id efficere sacerdotes religiosius et constantius debeant.

(1) S. Jo. Chrysost., *De Sac.*, l. 3, c. I.
(2) Matth. v, 16.
(3) Conc. Trid., Sess. XXII, c. I, de Ref.

Digitized by Google

Nisi quod nec satis est non servire cupiditatibus : illud etiam sanctitudo dignitatis postulat ut sibimetipsis acriter imperare assuescant, itemque omnes animi vires, præsertim intelligentiam ac voluntatem, quæ summum in homine obtinent locum, in obsequium Christi cogere. *Qui relinquere universa disponis, te quoque inter relinquenda connumerare memento, imo maxime et principaliter abnega temetipsum* (1). Soluto ac libero ab omni cupidine animo, tum denique alacre et generosum studium concipient salutis alienæ, sine quo nec satis consulerent suæ. *Unus erit de subditis quæstus, una pompa, unaque voluptas, si quomodo possent parare plebem perfectam. Id omnibus satagent etiam multa contritione cordis et corporis, in labore et ærumna, in fame et siti, in frigore et nuditate* (2). Cujusmodi virtutem semper experrectam et ad ardua quælibet, proximorum gratia, impavidam mire fovet et corroborat bonorum cœlestium contemplatio frequens. In qua sane quanto plus posuerint operæ, tanto liquidius magnitudinem munerum sacerdotalium et excellentiam et sanctitatem intelligent. Judicabunt illud quam sit miserum, tot homines per Jesum Christum redemptos, ruere tamen in interitum sempiternum : divinæque cogitatione naturæ in amorem Dei et intendent sese vehementius et ceteros excitabunt.

Est ejusmodi cursus ad salutem communem certissimus. In quo tamen magnopere cavendum, ne quis magnitudine difficultatum terreatur, aut propter diuturnitatem malorum de sanatione desperet. Dei æquissima immutabilisque justitia et recte factis præmia reservat et supplicia peccatis. Gentes vero et nationes, quoniam ultra mortalis ævi spatium propagari non possunt, debitam factis mercedem ferant in terris necesse est. Utique non est novum, successus prosperos peccanti civitati contingere : idque justo Dei consilio, qui actiones laudabiles, neque enim est ulla gens omni laude vacans, ejusmodi bene-

(1) S. Bernard. Declam. c. I.
(2) Id., lib. IV *De Consid.*, c. 2.

Digitized by Google

ficiorum genere interdum remuneratur : quod in populo romano judicat Augustinus contigisse. Rata tamen lex est, ad prosperam fortunam omnino plurimum interesse quemadmodum publice virtus, ac nominatim ea, quæ parens est ceterarum, justitia colatur. *Justitia elevat gentem : miseros autem facit populos peccatum* (1).

Nihil attinet considerationem hoc loco intendere in victricia facinora : nec exquirere, ullane imperia, salvis rebus suis et ad voluntatem fluentibus, gerant tamen velut in imis visceribus inclusum semen miseriarum. Unam rem intelligi volumus, cujus rei plena est exemplorum historia, injuste facta aliquando esse luenda, eoque gravius, quo fuerint diuturniora delicta. Nos quidem magnopere illa Pauli Apostoli sententia consolatur : *Omnia enim vestra sunt : vos autem Christi, Christus autem Dei* (2). Videlicet arcano divinæ providentiæ nutu sic rerum mortalium regitur gubernaturque cursus, ut, quæcumque hominibus accidunt, omnia Dei ipsius gloriæ asserviant, itemque sint eorum saluti, qui Jesum Christum vere et ex animo sequuntur, conducibilia. Horum vero mater et altrix, dux et custos est Ecclesia : quæ idcirco cum Christo sponso suo sicut intimo atque incommutabili caritate copulatur, ita conjungitur societate certaminum et communione victoriæ. Nihil igitur anxii Ecclesiæ caussa sumus, nec esse possumus : sed valde pertimescimus de salute plurimorum, qui, Ecclesia superbe posthabita, errore vario in interitum aguntur : angimur earum caussa civitatum, quas spectare cogimur aversas a Deo, et summo rerum omnium discrimini stolida securitate indormientes. *Nihil Ecclesiæ par est... Quot Ecclesiam oppugnarunt ipsique perierunt? Ecclesia vero cœlos transcendit. Talis est Ecclesiæ magnitudo : vincit impugnata, insidiis appetita superat... luctatur, nec prosternitur, pugilatu certat, nec vincitur* (3). Neque solum non vincitur, sed illam, quam perenni haustu a Deo ipso

(1) Prov. XIV, 34.
(2) I Cor. III, 22-23.
(3) S. Jo. Chrys., Or. habita, n. 1.

Digitized by Google

derivat, emendatricem naturæ et efficientem salutis virtutem conservat integram, nec ulla temporum permutatione mutabilem. Quæ virtus si senescentem vitiis et perditum superstitione mundum divinitus liberavit, quidni devium revocabit? Conticescant aliquando suspiciones ac simultates : amotisque impedimentis, esto jurium suorum ubique compos Ecclesia, cujus est tueri ac propagare parta per Jesum Christum beneficia. Tunc enimvero licebit experiendo cognoscere quo lux Evangelii pertineat, quid virtus Christi redemptoris possit. — Hic annus, qui est in exitu, non pauca, ut initio diximus, reviviscentis fidei indicia prætulit. Utinam istiusmodi velut scintilla crescat in vehementem flammam, quæ, absumptis vitiorum radicibus, viam celeriter expediat ad renovandos mores et salutaria capessenda!

Nos quidem mystico Ecclesiæ navigio tam adversa tempestate præpositi, mentem animumque in divinum gubernatorem defigimus, qui clavum tenens sedet non visus in puppi. Vides, Domine, ut undique eruperint venti, ut mare inhorrescat, magna vi excitatis fluctibus. Impera, quæsumus, qui solus potes, et ventis et mari. Redde hominum generi pacem veri nominis, quam mundus dare non potest, tranquillitate mordinis. Scilicet munere impulsuque tuo referant sese homines ad ordinem debitum, restituta, ut oportet, pietate in Deum, justitia et caritate in proximos, temperantia in semetipsos, domitis ratione cupiditatibus. Adveniat regnum tuum, tibique subesse ac servire ii quoque intelligant oportere, qui veritatem et salutem, te procul, vano labore exquirunt. Inest in legibus tuis æquitas ac lenitudo paterna : ad easque servandas ultro nobis ipse suppeditas expeditam virtute tua facultatem. Militia est vita hominis super terram, sed ipse *certamen inspectas, et adjuvas hominem ut vincat, et deficientem sublevas, et vincentem coronas* (1).

Atque his sensibus erecto in spem lætam firmamque animo, munerum cœlestium auspicem et benevolentiæ Nostræ testem, vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque catho-

(1) Cf. S. Aug. in Ps. 32.

Digitized by Google

lico universo Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum ipso die natali D. N. Jesu, An. MDCCCLXXXVIII, Pontificatus Nostri undecimo.

LEO PP. XIII.

Digitized by Google

S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

ANNECIEN.

Decretorum quoad primam Communionem.

Die 21 Julii 1888.

Voici une cause très importante à un double point de vue. Il s'agit de l'usage ou des règlements en vigueur partout en France, et aussi en d'autres pays, pour la première communion des enfants.

Mgr l'Évêque d'Annecy avait porté différentes ordonnances pour organiser d'une manière uniforme dans tout son diocèse l'enseignement du catéchisme, ou plutôt de la religion, aux enfants, et la préparation à la première communion. Nous trouvons ces ordonnances réunies et justifiées dans une lettre pastorale du 2 Février 1887 :

1° Nous avons ordonné que l'étude de l'Histoire Sainte ferait partie intégrante de l'enseignement de la religion, que la possession du livre contenant l'abrégé de l'Histoire Sainte serait aussi obligatoire pour les enfants... que l'est la possession du petit livre du catéchisme.... Les définitions du catéchisme sont rarement bien comprises, le texte en est bientôt oublié. Mais les faits de l'Histoire Sainte, mais les actes et les paroles de Notre-Seigneur que nous ont conservés les Évangiles, restent dans l'esprit, et avec leurs conséquences dogmatiques et morales.

2° Nous avons ordonné que nul enfant ne serait admis à faire sa première communion s'il n'avait point suivi assidûment pendant deux années le catéchisme qui prépare immédiatement à cette action.

Digitized by Google

3° Nous avons fait défense à MM. les Curés de fixer avant le 20 du mois de Mai la date de la cérémonie de la première communion.

4° Nous avons fait défense d'admettre à la première communion solennelle (1) un enfant qui n'aurait point douze ans révolus.

5° A ces quatre ordonnances, nous en ajoutons une cinquième : le prêtre qui fait le catéchisme dans l'église sera toujours revêtu du surplis.

Le 11 Mars de la même année, Mgr d'Annecy portait une peine contre les Curés qui contreviendraient à la deuxième de ces Ordonnances : « Ils seront passibles soit de la privation de la célébration de la sainte messe, soit d'une amende au profit des écoles libres. »

Un Curé du diocèse d'Annecy a contesté la valeur obligatoire de quelques-unes de ces Ordonnances, et l'affaire est venue au Saint-Siège. On a d'abord posé à un Consulteur de la S. Congrégation du Concile la question faite par le Curé : *Utrum scilicet decreta ætatem ac diem pro prima puerorum communione præscribentia valida essent et in*

(1) Mgr d'Annecy se réservait de permettre l'admission à la communion, mais sans aucune cérémonie particulière, d'un enfant auquel peu de jours manqueraient pour atteindre les douze ans ; il permettait aussi de ne pas différer jusqu'à la première communion solennelle de l'année suivante celui qui, après deux ans de catéchisme, n'aurait point pris part à la première communion de l'année précédente. Mais il recommandait de n'avoir recours à cette exception qu'en des circonstances tout à fait particulières, et de plus voulait qu'en pareil cas, la communion se fît sans les cérémonies ordinaires, à cause « des grands biens qui résultent de la participation à la première communion générale... C'est le besoin de réagir contre l'indifférence des populations, de suppléer à des habitudes chrétiennes qui vont en s'effaçant de plus en plus, qui a donné cette forme si solennelle à la première communion. Elle s'introduit pour les mêmes raisons en Italie... Hélas ! *(les souvenirs de la première communion)* seront peut-être les seuls bons, les seuls qui soient religieux, dans toute une vie de catholique. »

Digitized by Google

conscientia obligarent? La réponse a été affirmative, mais le Curé ne s'en est pas contenté, et il a fallu porter la cause devant la Congrégation elle-même.

Nous ne pouvons songer à reproduire le *folium* entier, mais nous le suivrons pas à pas, et nous donnerons tous les passages importants.

ARGUMENTS CONTRE L'ORDONNANCE DE L'ÉVÊQUE.

A) *Contre la fixation de l'âge de la première communion.*

L'avocat du Curé en appelle au *texte de S. Jean, cap. VI, v. 54-56* : « Nisi manducaveritis, *etc.*, non habebitis vitam in vobis. » En vertu de ces paroles, l'Eucharistie est pour notre vie spirituelle ce qu'est la nourriture matérielle pour la vie physique de l'homme : l'homme a besoin de la nourriture matérielle dès qu'il voit le jour; dès qu'il est parvenu à l'âge de discrétion, l'enfant a besoin d'être nourri et fortifié par la Sainte Eucharistie pour résister à ses passions et conserver la vie spirituelle. *(Cf. Conc. Trid. Sess. XIII, cap. 2, Decr. de SS. Euch. Sacram.)* « Unde sicut improvida censenda esset principis lex, quæ præfigeret tempus, quo primum infantes cibo nutriendi essent, sic et improvida judicari oportet dispositio qua pueri ad sacram synaxim accedere ante expletum duodecimum annum absolute prohibentur... »

L'avocat en appelle ensuite aux *lois générales de l'Église*, qui ne font point dépendre de l'âge, mais des dispositions des enfants, leur admission à la première communion : « Vult ut accedant... quotquot devote ac reverenter id peragere possunt... *alii tardius, alii citius* (Bened. XIV, *De Syn.*, VII, cap. 12, n. 2) » selon la maturité de leur jugement et leur intelligence des choses spirituelles; « Postquam *ad annos discretionis pervenerint,* » disent les Conciles de Latran

Digitized by Google

et de Trente, ce qui indique bien qu'il ne faut pas faire attention à l'âge, mais à la capacité morale.

L'*enseignement des théologiens* est conforme à cette doctrine. Saint Liguori se joint à Roncaglia pour blâmer les Curés, « qui indiscriminatim non admittunt ad communionem, nisi pueros in certa ætate constitutos. » *(Lib. VI, n. 302)*. Vasquez est plus formel encore : « Si puer semel ad hunc usum rationis pervenerit, statim ipso jure divino ita obligatur, ut Ecclesia non possit ipsum omnino liberare. » *(In III Part. S. Thom., disp. 214, cap. 4, num. 43)*.

De même le *Catéchisme du Concile de Trente* : « Qua vero ætate pueris sacra mysteria danda sint, nemo melius constituere poterit quam pater et sacerdos cui illi confitentur peccata. Ad illos enim pertinet explorare et a pueris percontari an hujus admirabilis sacramenti cognitionem aliquam acceperint et gustum habeant. » *(De Euch. Sacr., n. 63)*.

La *S. Congrégation du Concile* s'est aussi prononcée dans le même sens. Ici, donnons le texte intégral du *folium*, parce qu'il est important :

Cum ageretur de revisione Concilii provincialis Rothomagensis, ubi ad *tit. II, De Eucharistia, n. 2* hæc disponebantur : *Nemo ad sacramentum Eucharistiæ prima vice suscipiendum admittatur, quin duodecimum saltem annum certo attigerit. Meminerint autem Parochi se pueris, quos rite dispositos invenerint, diutius denegare non posse panem illum supersubstantialem, qui est animæ vita et perpetua sanitas mentis*; S. H. C. die 15 Martii 1851 decrevit hunc articulum esse reformandum, et hæc docuit « Nulla canonica lege sancitum est ne communio ministretur pueris ante duodecimum ætatis annum; hinc satius visum est Eminentissimis Patribus *numeri 2* primam periodum delere, ac dicere ad formam tam Ritualis Romani quam Catechismi Romani ad Parochos jussu Concilii Tridentini editi : *Nemo ad Sacramentum Eucharistiæ prima vice suscipiendum*

Digitized by Google

admittatur, qui nondum hujus Sacramenti cognitionem et gustum habeat judicio præsertim Parochi (1) *ac sacerdotis cui peccata puer confitetur. Meminerint autem Parochi se pueris,* » etc. (Ut supra).

Ensuite l'avocat du Curé réfute les objections qui peuvent lui être opposées. Si l'on objecte que l'Évêque lui-même a mitigé son Ordonnance en déclarant qu'on pourra lui demander la permission d'admettre un enfant qui aurait à peu de jours près ses douze ans, il répond que cette mitigation est insuffisante, et même qu'il n'est pas pratiquement sûr de demander la permission : « Etenim S. Pœnitentiaria die 8 Junii 1843, prout refert Ephemeris *Amico Catholico, pag. 16, ann. 1852,* cum deprehendisset praxim in quodam loco vigentem manifestandi superiori ecclesiastico nomina juvenum, quos oportebat ad sacram mensam prima vice admitti, hanc praxim alte reprobavit; et merito quidem, nam non sine aliqua revelatione spiritualium puerorum necessitatum, et quadam contigua sigilli sacramentalis læsione, hujusmodi manifestatio fieri plerumque potest(2). »

On objecte aussi le triste état de la religion en France, les difficultés de l'éducation chrétienne des enfants, l'importance de la première communion, qui est « la préparation à toute la vie chrétienne; c'est une occasion qui ne se repré-

(1) Ce texte est à remarquer. C'est une preuve de plus de l'enseignement déjà donné par la *Revue* l'an dernier, à savoir qu'il appartient surtout au curé d'admettre les enfants à la première communion (*Nouv. Rev. Théol.*, t. xx, pag. 274 et suivantes).

(2) Les arguments présentés dans le *folium* en faveur de l'Évêque se taisent sur cette décision de la S. Pénitencerie et ne réfutent pas l'argument qu'on prétend en tirer. Nous la donnerons plus loin (page 52); nos lecteurs verront par eux-mêmes qu'elle n'a aucun rapport avec la question actuelle : il s'agit d'un Curé qui remet l'admission des enfants à la première communion au soin des confesseurs, et veut cependant que ceux-ci lui en rendent compte.

Digitized by Google

sentera plus. » Mais tout cela prouve plutôt, répond l'avocat, la nécessité de n'admettre que des enfants bien instruits, ayant suivi longtemps le catéchisme, et, par conséquent, d'exciter les Curés à préparer et à instruire les enfants *avant que l'homme ennemi ne soit venu semer en eux l'ivraie*. Car la loi divine est là : il faut communier pour vivre en Jésus-Christ (S. Jean, VI), pour être préservé du péché (Concile de Trente, *ubi supra*). Or, « le danger des mauvaises mœurs se présente immédiatement (après l'âge de raison). — Quant à la réalité de péchés mortels chez les jeunes enfants de sept, huit et neuf ans, c'est un fait si évident, si malheureusement certain, et j'ajouterai si malheureusement fréquent, qu'il ne faudrait avoir aucune expérience des enfants pour le révoquer en doute. » (Mgr de Ségur, *Op. de la T. S. Communion*). — « Gardez-vous, » dit un auteur italien, « de suivre la rigueur de ceux qui, voulant trop exiger des enfants, et les éprouver à l'excès, en arrivent à les admettre à un âge auquel le démon a déjà pris possession de leurs âmes. » *(Lo spirito del Parroco, vol. 2.)* Ces délais fatiguent les enfants, pendant que le vice souille leur âme, et que les passions les entraînent : ils communient sans goût et ne reviennent plus. Ils reviendraient, si on les habituait à communier aux fêtes, avec leurs parents, lorsqu'ils fréquentent encore l'école. Et l'auteur termine par citer les Conciles provinciaux d'Albi, de Toulouse, d'Auch, qui invitent les Curés à ne pas trop différer la première communion, et surtout la lettre du Cardinal Secrétaire d'État écrite par l'ordre de Pie IX aux Évêques de France en date du 12 Mars 1866 (1).

(1) Cette lettre se trouve dans les *Analecta Juris Pontificii*, série IX, col. 1008, et dans la *Revue des sciences ecclésiastiques*, 2e série, t. IV (de la collection XIV), pag. 220.

Digitized by Google

B) *Arguments contre la date indiquée pour la première communion.*

C'est à peine si nous nous étendrons sur ce point. Certaines raisons sont prises des conditions du climat ou des habitudes du diocèse d'Annecy ; nous ne nous y arrêtons point. Notons seulement que l'avocat du Curé cite Benoît XIV (*Instr. ad Cler. Rom.*, 18 Mart. 1745), S. Charles Borromée, S. Alphonse, S. François de Sales, pour prouver que la préparation des enfants doit se faire surtout en carême, afin qu'ils puissent faire leur première communion au temps de Pâques et satisfaire au précepte. Tel était l'usage du diocèse d'Annecy avant l'Ordonnance; la première communion se faisait le Dimanche de la Passion.

ARGUMENTS EN FAVEUR DE L'ORDONNANCE ÉPISCOPALE.

Le défenseur de l'Évêque en appelle à la *juridiction épiscopale*, qui s'étend par tout le diocèse, qui s'applique *tam in foro interno quam externo*, et qui lui donne droit de commander, droit de visite et de correction sur les fidèles et les prêtres, même les curés; c'est là, dit-il, une vérité incontestée. Il conclut au plein pouvoir de l'Évêque « ea præstituendi quæ ad christianam puerorum educationem et sacramenti administrationem concernunt; » et il ne manque pas d'insister par un *a fortiori*, « præsertim cum Benedictus XIV (Const. *Et si minime*, *42*) ad christianam institutionem impertiendam Ordinariorum vigilantiam excitaverit, eosque primas partes habere in hac re monuerit. »

Il n'y a donc qu'une chose à examiner, si l'Ordonnance de l'Évêque est prudente et sage. Or, il est malheureusement trop certain que l'instruction et l'éducation religieuse des enfants est entravée en France, ou au moins entièrement

Digitized by Google

abandonnée aux soins des curés; qu'il faut du temps, des soins, de pieuses industries pour leur donner une éducation solide et les prémunir contre les dangers de l'avenir. Il est encore certain qu'une fois la première communion faite, il est impossible, en bien des diocèses de France, d'obtenir que les enfants reviennent au catéchisme. De là, la nécessité qui s'impose d'obtenir de longs catéchismes avant la première communion, et pour atteindre ce but, de fixer un âge avant lequel on ne fera pas la première communion. « Dempta hac dispositione, » dit Mgr d'Annecy, « ruit plane universitas mediorum tanto labore ab Episcopis adhibitorum ut futura generatio catholica et non atheista sit. » On tient à la première communion solennelle; elle produit les plus heureux fruits dans l'âme des enfants et des parents.

De là aussi, la nécessité de fixer l'époque à laquelle commenceront et se termineront les catéchismes. Dans le diocèse d'Annecy, le froid et la neige empêchent les curés de faire plus de deux fois par semaine le catéchisme pendant l'hiver; il faut donc le prolonger pendant les mois plus chauds; autrefois à Annecy, comme partout en France, la première communion avait lieu vers la Fête-Dieu; peu à peu on est venu à la fixer au dimanche de la Passion; mais les catéchismes ne sont pas assez longs.

On ne manque pas d'ajouter, ce qui est vrai, que l'Ordonnance de Mgr d'Annecy n'a rien d'extraordinaire; les choses se passent partout en France de la même manière. « Porro *standum multum esse judicio Episcoporum* non solum tradit Ferraris, V. *Dismembratio,* sed et docuit Benedictus XIV in Const. *Cum illud,* præscribens parvi pendendum non esse testimonium illius pastoris, cui divino mandatur eloquio oves suas agnoscere. »

Enfin, le défenseur de l'Évêque termine en disant que l'Ordonnance, loin d'être substantiellement contraire aux

Digitized by Google

canons, leur est plutôt conforme. En effet, si les canons prescrivent aux fidèles la communion « postquam ad annos discretionis pervenerint, » ils ajoutent : « nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum. » Et l'on sait que les docteurs sont loin d'être d'accord sur la détermination de l'âge de discrétion : Benoît XIV (*De Syn.*, lib. VII, cap. 12, n. 2), dit, après Suarez, *intra decimum et decimum quartum ætatis annum*, et S. Thomas *in undecimo vel duodecimo anno. (In IV, Dist. IX, art. 4, ad 3.)* A Rome même, c'est vers l'âge de douze ans que l'on a coutume d'admettre les enfants à la première communion.

Ici s'arrête le *folium :* nous ajouterions un mot pour notre part. Le *propre prêtre* désigné par le Concile de Latran, celui auquel il appartient *præsertim* de juger si un enfant a ce qu'il faut pour communier, c'est le curé sans doute, c'est aussi l'Évêque ; et, devant les déterminations diverses données par les Docteurs de l'âge de discrétion, celui-ci a le droit de donner une règle pour son diocèse, et de préciser cet âge auquel il lui semble que communément les enfants, dans son diocèse, sont aptes à communier. Cette détermination une fois faite constitue une présomption de droit et une règle pratique que les curés devront suivre en conscience, même dans les cas où ils douteraient, parce que la présomption est pour le Supérieur. Dans les cas très rares où ils jugeraient qu'un enfant a *certainement*, avant l'âge déterminé par l'Évêque, la maturité du jugement, la science et les dispositions requises pour que le droit divin l'oblige, la décision de la S. Congrégation du Concile va nous apprendre ce qu'ils auraient à faire pour satisfaire au droit divin, et en même temps pour conserver à la première communion solennelle son prestige et sa salutaire influence.

Nous empruntons la décision complète, avec les expli-

Digitized by Google

cations qui ont été données ensuite, à une Lettre de Mgr l'Évêque d'Annecy à son clergé, en date du 29 Août 1888.

Au doute proposé : *An Decreta Episcopi Anneciensis sint confirmanda vel infirmanda in casu*, la S. Congrégation a répondu :

Affirmative ad primam partem, juxta modum. Modus est, ne Episcopus Parochos prohibeat ab admittendis ad primam communionem iis pueris de quibus certo constat eos ad discretionis ætatem juxta Conciliorum Lateranensis IV et Tridentini Decreta pervenisse.

Sanctissimus vero, in audientia diei 23 Julii jussit declarari verba Ad primam communionem *esse intelligenda ad exclusionem primæ communionis in forma solemni.*

Rép. — Ad I. La première de ces deux questions est résolue par le Décret in Marianopolitana, du 18 Mai 1883 (1). Ce Décret suppose deux choses, qui, pensons-nous, se rencontrent *in casu*, savoir : 1° Qu'il s'agit d'une église, *ubi chori obligatio non existit* ; 2° Que l'exposition des Quarante heures *peragitur ex mandato Ordinarii juxta Ordinationem Clementinam*. Du reste, la solution serait la même, si l'Adoration du T. S. Sacrement n'était pas absolument établie *juxta Ordinationem Clementinam*, mais que l'Ordinaire eût obtenu un indult concédant les mêmes privilèges.

Ceci posé, la messe, d'après le Décret, doit être de sainte Lucie, avec mémoire du T. S. Sacrement *sub unica con-*

(1) Voir *Nouv. Revue Théol.*, t. xv, p. 494.

Digitized by Google

clusione, et ensuite, sous une conclusion distincte, on ajoute la mémoire du dimanche et on en lit à la fin le dernier évangile.

Ad II. Il faut appliquer la Rubrique du Missel, tit. XII, n. 3 : « Si infra Octavam alicujus festi, quod habet Præfationem propriam, occurrat festum ex majoribus non habens propriam Præfationem, dicitur Præfatio de Octava, quamvis de ea nulla fiat commemoratio in Missa. » C'est donc la Préface de l'Immaculée-Conception qu'il faut prendre.

Digitized by Google

MONITUM.

INDULG. DE PORTIUNCULA IN ECCLESIIS SIVE CAPELLIS TERTIARIORUM.

Quum varia hinc inde exorta fuissent dubia de perseverantia *Portiunculæ* in ecclesiis seu capellis Tertii Ordinis sæcularis S. P. Francisci, Procurator Generalis Ordinis nostri, qui prius S. Congregationi Indulgentiarum nonnullas de eodem Tertio Ordine quæstiones, non adhuc persolutas, humiliter submiserat, iterum ad S. Sedem, per benevolam Eminentissimi Cardinalis Protectoris mediationem recurrit, expostulans ut, pro hocce anno, Indulgentias de Portiuncula in omnibus ecclesiis sive capellis Tertiariorum Christifideles, servatis aliunde servandis, lucrari queant. Sanctitas vero Sua preces benigne exaudire dignata est.

Ex audientia Sanctissimi, die 28 Junii 1889.

SSmus benigne annuit pro gratia juxta preces hocce anno.

R. CARD. MONACO,
Ordinis Fratrum Capulat. apud S. Sedem Protector.

On a bien voulu nous transmettre ce document dès sa concession, et nous n'hésitons pas à le faire insérer à la fin de ce numéro de la *Revue,* pour qu'il arrive à temps à la connaissance de nos lecteurs. Ceux-ci n'ont point oublié la décision rendue par la S. Congrégation des Indulgences sur la demande de Mgr l'Évêque de Pamiers et les discussions qui l'avaient précédée (1). Depuis la décision, un bon nombre

(1) *Nouv. Revue Théol.*, XVI, 354-357; XX, 178-193; plus haut, page 51.

Digitized by Google

de Fraternités ont eu soin, nous assure-t-on, de se pourvoir d'un Bref particulier, toujours facilement accordé, pour assurer à leur chapelle l'indulgence de la Portioncule. Le rescrit que nous publions donne la même indulgence, pour cette année, à toutes les chapelles du Tiers-Ordre sans distinction, parce que différentes questions concernant le Tiers-Ordre ont été présentées à la S. Congrégation des Indulgences et n'ont pu recevoir à temps leur solution.

Nous croyons savoir que cette solution viendra prochainement. Nous serons heureux de communiquer à nos lecteurs tout ce qui peut intéresser le Tiers-Ordre et contribuer à le faire mieux connaitre et aimer davantage.

Digitized by Google

S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

LIMBURGEN.

DUBIA CIRCA MATRIMONIA CLANDESTINA.

Die 19 Januarii 1889.

Voici une cause très longue, dont le *folium* ne compte pas moins de quarante-six pages in-4°. Il est évident que nous ne pouvons songer à donner le *folium* entier dans la *Revue*; mais nous donnerons tout le *Votum Consultoris*, qui est la partie la plus importante. Nous omettons l'exposé, certainement très remarquable, fait par Mgr l'Évêque de Limbourg, parce que les passages nécessaires pour l'intelligence des solutions sont répétés dans le *Votum*.

C'est un fait particulier qui a été l'occasion de la Consultation. Une femme mariée civilement, après avoir obtenu des juges civils une sentence de divorce *propter adulterium viri*, demandait à se marier *in facie Ecclesiæ cum alio viro*; l'Ordinaire répond qu'il faut avant tout une sentence du juge ecclésiastique constatant son état libre. Mais elle n'attend pas cette sentence, contracte un second mariage civil et renouvelle sa demande. L'Évêque de Limbourg expose ainsi qu'il suit la difficulté et donne les raisons pour lesquels il pose une question générale.

Rebus ita comparatis, dubius hæreo quidnam hac in causa agendum. Disputatur enim jam longo ex tempore inter eruditos, an decretum Concilii Tridentini matrimonia clandestina irritans

Digitized by Google

in parœcia Francofurtensi et speciatim in pago Bornheim *(auquel appartenaient les personnes dont il s'agit)* publicatum fuerit, neque huc usque quæstio hæc summi momenti peremptorio modo solvi potuit. Cum vero maxime nunc temporis, quo in Germania matrimonium civile, quod vocant, introductum est, casus similes... non raro contingant, summopere desiderandum est, ut suprema Ecclesiæ auctoritate principia stabiliantur, juxta quæ ab Ordinario procedi in causis hujusmodi matrimonialibus possit ac debeat.

Suivent un exposé historique, fait après enquête, de la publication du décret *Tametsi*, et une discussion très remarquable des faits pour et contre, et des opinions des docteurs ; mais nous les retrouverons suffisamment, comme nous l'avons dit, dans le *Votum Consultoris*. Mgr l'Évêque de Limbourg pose ensuite les questions suivantes :

I. An decretum Tridentinæ Synodi *Sess. XXIV, cap. 1, de Reform. matrimonii*, clandestinam atrimonia invalidans fideles Francofurti degentes, sive vi publicationis, sive vi observantiæ diuturnæ obliget, ita ut matrimonia ibi, non servata forma Tridentina, inter catholicos inita pro nullis habenda sint?

Et quatenus affirmative :

II. An decretum illud eadem ratione etiam sponsos Catholicos locum Bornheim incolentes obstringat?

III. Quid, si obliget, relate ad eos catholicos agendum Francofurtenses et Bornheimenses, qui antehac matrimonium clandestine contraxerunt, et de validitate nihil dubitantes adhuc in eodem vivunt?

IV. Si vero decretum Tridentinum in alterutro vel in utroque loco valorem non habere censendum, num adhuc ibidem publicandum sit, absque tamen præjudicio validitatis matrimoniorum ab acatholicis inter se vel a catholicis cum protestantibus contractorum, quæ ulterioris hujus generis matrimonia ex decreto Congregationis S. R. et U. Inquisitionis d. d. 15 Martii 1854 pro diœcesis hujus Limburgensis ambitu pro validis habenda sunt?

Digitized by Google

Suit le *Votum Consultoris*.

VOTUM CONSULTORIS.

Responsio ad dubium I.

Decretum Concilii Tridentini, sess. XXIV, cap. I, de reform. matrim., *quo clandestina matrimonia irritantur, cum in parochia Francofurtensi sine dubio legitime sit promulgatum, ita fideles ligat, ut ibidem saltem matrimonia, in quibus utraque pars est catholica, si non servata forma Tridentina celebrentur, certo nulla et irrita dicenda sint.*

Cum dubium existere non possit, quin fideles laudato decreto Concilii Tridentini ligentur, quamprimum legitima illius facta fuerit promulgatio, universa quæstio in primo dubio ad hoc reducitur, utrum certo constet de legitima promulgatione *cap. Tametsi* etiamnunc vigente in parochia Francofurtensi necne. Præterea juvat animadvertere de iis solis nupturientibus dubium moveri, quorum uterque est catholicæ fidei adductus, non de matrimoniis mixtis vel de matrimoniis a Protestantibus inter se celebratis. Etenim Protestantes Francofurtenses, cum eo tempore quo conditum promulgatumque esset caput *Tametsi*, statum jam haberent plane distinctum a catholicis *(ut constat ex factis allegatis in supplicatione, p. 3)*, a lege Tridentina in celebrandis matrimoniis immunes dicendi sunt, atque civitati Francofurtensi merito applicatur illud principium, quod suo tempore adoptavit Pius VII pro civitate Baltimorensi, atque Benedictus XIV pro statibus fœderatis Hollandiæ (*Cfr. Van de Burgt, De Matrimonio, pag. 266 et seqq.)*, et optimo jure defenderunt viri docti, cum ultimis annis caput *Tametsi* in civitate Berolinensi promulgaretur. Nam lex Tridentina privata auctoritate aut ab inferiore quodam Prælato ultra mentem supremi legislatoris extendi non potest. Jam vero, ut verbis utar Benedicti XIV in Const. *Singulari nobis*, merito defenditur « Concilium decretum suum ad ea matrimonia non extendisse, quæ disceptationi a nobis anno 1741 solutæ occasionem dederunt. » Quare etiam matrimonia mixta

Digitized by Google

juxta principia ab eodem Benedicto XIV stabilita (Cf. *Bened. XIV, de Synod. diœc., l. VI, cap. 6, n. 12)*, propter individuitatem contractus in parochia Francofurtensi ab eadem lege Tridentina exempta sunt, atque non ob strictam necessitatem, sed majoris securitatis causa, pro parochia Francofurtensi specialis quædam declaratio fuit requirenda.

Hisce præmissis, unice probandum restat, in parochia Francofurtensi decretum Tridentinum de forma in matrimonii celebratione observanda, sive disertis verbis atque expresse, sive diuturna observantia, tanquam ejusdem Concilii decretum, saltem pro catholicis, fuisse certo promulgatum, neque « si quando observatum fuit, longo dein temporis intervallo in desuetudinem » abiisse. *Cf. Pii VII Epist. ad Archiepiscop. Moguntinum d. d. 8 Octob. 1803.*

Jam vero de legitima laudati decreti Tridentini promulgatione in parochia Francofurtensi dubium quoddam prudens vix existere potest. Profecto concedendum est, primas promulgationes capitis *Tametsi* inde ab anno 1582 factas ab Archiepiscopis Moguntinis, quibus illo tempore civitas Francofurtensis in spiritualibus fuerat subjecta, aut omnino nullas fuisse, aut saltem summopere suspectas. Nam Daniel, Archiepiscopus Moguntinus, cum die 22 Januar. 1582 decretum contra matrimonia clandestina in Concilio Tridentino latum tandem publicaret, quæ cap. *Tametsi* continentur, accurate quidem præscripsit observanda, at non in vim decreti Tridentini, sed propter decretum sua auctoritate conditum. « In toto decreti hujus Archiepiscopalis decursu (*verba sunt supplicationis*) nulla prorsus mentio occurrit synodi Tridentinæ, nisi forte subobscure illo in loco, quo Archiepiscopus de gradibus propinquitatis prohibitis disserens ait : — Serio itaque hisce jubemus, ut in gradus hosce prohibitos, utpote qui nunc in jure ecclesiastico statuti et declarati sunt, pro futuro tempore melius intendatur utque omnino serventur. — De cæteris decretum hoc Archiepiscopus constanter decretum suum vocat. » Præterea in antiquissimo catalogo copulatorum et baptizatorum parochiæ Francofurtensis hæc leguntur verba :

Digitized by Google

« Hoc decretum excelsissimi Archiepiscopi Moguntini pro nostris promulgatum est Dominica *Invocavit*, quæ fuit 4 Martii anno 1582. »

Atqui post declarationem S. C. C. ab Urbano VIII confirmatam (Cf. Bened. XIV, *de Synod. diœc., l. XII, cap. 5, n. 5 seqq.*) explorati juris est, nullam et irritam esse promulgationem cap. *Tametsi*, quæ non fiat ut legis latæ a Concilio Tridentino. Neque verba illa in supplicatione allegata, « utpote qui nunc in jure ecclesiastico statuti et declarati sunt, » continent sufficientem Concilii Tridentini mentionem, cum non solum nimis vaga sint et indeterminata, verum etiam minime referantur ad novum impedimentum clandestinitatis, sed potius ad gradus propinquitatis prohibitos, qui jam in jure decretalium continentur atque a *Conc. Tridentino, sess. XXIV, de reform. matr. cap. 2, 3, 4*, utique magis *declarati* vel potius limitati sunt.

Wolfgangus, successor Danielis in sede Moguntina in *Agenda* anno 1599 pro universa sua ditione promulgata, tum in præfatione, tum in instructione de matrimonii Sacramento, Concilium Tridentinum expressis verbis commemorat; at, ut additur in supplicatione : « De publicatione decreti ipsius vero in unaquaque parœcia facta vel facienda nihil dicit; — Archiepiscopus (vero) Joannes Schwikardt de Cronenberg die 10 Julii 1615 decretum de servitio divino edidit, in quo relate ad matrimonia contrahenda nonnisi decretum antecessoris sui Danielis de anno 1582 in memoriam revocat. »

His quoque decretis legitimam promulgationem Tridentini decreti non esse factam, manifestum est. Etenim in priore decreto deest conditio essentialiter requisita ad validam promulgationem; quoniam promulgatio fiat necesse est ex mandato Episcopi in singulis parochiis; attamen facile concedo, illam Agendam Archiepiscopi Wolgangi potuisse esse causam, ut decretum Tridentinum ipsa praxi et observantia promulgaretur. Alterum decretum anni 1615 eodem laborat vitio; atque etiamsi in singulis parochiis decretum Archiepiscopi Danielis denuo promulgatum fuisset, impedimentum clandestinitatis ibidem non fuisset introductum;

Digitized by Google

nam ut supra probatum est, decretum Tridentinum non ut legem Concilii, sed ut suum statutum promulgaverat.

Facile quis inde deducet dubia sæculo XVII orta de valore promulgationis capitis *Tametsi* in archidiœcesi Moguntina (Cf. *Suppl.*, *p.* 6) suo fundamento non caruisse; atque optimo jure sapientique consilio Archiepiscopum Joannem Philippum de Schoenborn anno 1664 novam decreti Tridentini præscripsisse promulgationem. Tenor illus decreti consistorialis d. d. 10 Julii 1664 hoc modo in supplicatione refertur : « Reverendissimo Domino multoties relatum est pluribus in locis Archiepiscopatus et electoratus Moguntini juvenes præsertim prætextu sponsaliorum contractorum inconvenienter se gerere, ex quo magna oriuntur scandala. Quam ob rem hisce universis et singulis notificatur (*notificetur?*) publice ejusmodi matrimonia clandestina omnino pro nullis et invalidis habenda esse et in causis matrimonialibus omnes Archiepiscopatus incolas et subditos, cujusvis conditionis et dignitatis fuerint, quoad hæc juxta S. Tridentinum Concilium vivere debere. Decretum in consistorio die 10 Julii 1664. »

Quod decretum Archiepiscopi Moguntini, quomodo fuerit a parochis aliisque viris ecclesiasticis eo tempore intellectum, patet ex compluribus exemplis in supplicatione allatis. Ita v. g. in libro parochiali ad S. Petrum in civitate Moguntina hæc leguntur verba : « Decretum fuit per Eminentissimum Principem, ut deinceps per totam Archidiœcesim et Eichsfeldiam in omnibus parœciis publicaretur decretum Tridentinum irritans ejusmodi matrimonia clancularia. Facta fuit in parochia Odenmünster hæc publicatio an. 1664 1 Aug., existente parocho Theodoro Wiedenbruck D^re^. »

Cui testimonio alterum subjungere juvat. « Judices commissariatus Aschaffenburgensis venerabili clero Archidiœcesis Moguntinæ superioris » decretum consistoriale quoad Concilium Tridentinum de « clandestinis matrimoniis » cum hoc mandato « ultima die Julii mensis anno 1664 » transmiserunt : « ... Quocirca serio præcipimus omnibus decanis ruralibus commissariatus

Digitized by Google

Aschaffenburgensis, quatenus statim atque præfatum decretum acceperint, illud parochis sibi subjectis communicent, illi vero proxima dominica a receptione ejusdem populo prælegant et explicent, ac postea et deinde ad valvas ecclesiarum tam matricum quam filialium singula affigant exemplaria et per 30 dies ad majorem hujus rei notitiam affixa relinquant... »

Primum argumentum ex factis allegatis ad comprobandam assertionem de promulgatione decreti Tridentini in parochia Francofurtensi facile videtur posse deduci. Etenim in decreto consistoriali anni 1664 in universa diœcesi Moguntina nova præscribitur promulgatio decreti Tridentini contra clandestina matrimonia, ut patet ex tenore decreti et modo agendi parochorum et commissariatus Aschaffenburgensis in documentis allatis. Jam vero hæc nova promulgatio sine ulla restrictione præscripta, merito præsumitur facta etiam in parochia Francofurtensi, licet de ea ex scripto documento non constet. Et sane statuto generali Archiepiscopi Moguntini in illa parochia non fuisse satisfactum, id probandum, non fingendum esset : argumenta vero quæ a patronis contrariæ sententiæ afferuntur sunt meræ conjecturæ omni valore destitutæ, atque ad elidendam præsumptionem plane inefficacia. Dicunt enim nullum documentum de publicatione in archivio parochiali Francofurtensi reperiri. Documentum scriptum non existere ultro concedo. At quid inde? Numquid solis documentis scriptis promulgatio capitis *Tametsi* probari potest? Id falsissimum esse constat ex notissima hac in materia doctrina canonistarum (Cf. Schmalzgrueber, *l. IV, tit. 3, n. 100*) et iteratis declarationibus S. C. C. mox citandis.

Præterea admisso hujusmodi argumentandi genere absurdæ plane sequerentur conclusiones. Nam est « factum a Reverendissimo Domino canonico Moguntino D^re^ Moufang in hac materia eruditissimo die 3 Julii 1885 testatum, neque in parœciis plerisque diœcesis hodiernæ Moguntinæ documentum probans publicationem decreti Tridentini exstare, quin tamen hucusque dubitatio ulla de facta publicatione decreti Tridentini in iisdem exorta sit. » Cf. *Suppl. pag. 17.*

Digitized by Google

Porro observant, permissionem publicationis decreti Concilii Tridentini studio magistratus Francofurtensis minuendæ juridictionis ecclesiasticæ plane contrariam fuisse. Verum hæc sunt conjecturæ, non facta historica. Etenim constat ex supplicatione *p. 4*, saltem decretum Archiepiscopi Danielis anno 1582 in parochia Francofurtensi fuisse promulgatum, ut disertis verbis legitur in antiquissimo catalogo copulatorum et baptizatorum ejusdem parochiæ. Unde liquet parochum Francofurtensem eo tempore multum fuisse alienum a nimio quodam metu protestantium. Præterea in supplicatione *p. 3*, dicitur : « Auctoritas vero Archiepiscopi Moguntini ecclesiastica super parœciam firma semper mansit et inconcussa, licet exercitium religionis intra muros ecclesiarum coarctatum fuerit. » Denique Joannes Philippus de Schoenborn, Primas Germaniæ atque inter electores imperii primus, non is fuit, qui in re adeo gravi cederet magistratui unius Francofurtensis civitatis.

Facile quoque explicari potest quod documentum de facta promulgatione anno 1664 non existat. Etenim, ut eruitur ex antiquissimo libro copulatorum et baptizatorum in parochia Francofurtensi, saltem ab an. 1640 in praxi observabantur, quæ a Concilio Tridentino de matrimonii celebratione fuerant statuta. (Cf. *Suppl. p. 11*). Quare parochus forte prætermissa solemniori promulgatione anno 1664 simpliciorem quemdam modum prætulit, ne odium excitaret protestantium.

Tandem « excipiunt anno 1664 publicatum non fuisse decretum Tridentinum, sed unice decretum consistoriale Archiepiscopale d. d. 10 Julii ejusdem anni, cujus decreti tamen publicationem non æquivalere publicationi decreti Tridentini; cum ad hoc requiratur, ut tenor hujus decreti saltem quoad substantialia in idiomate fidelibus intelligibili publicetur, in decreto illo consistoriali vero hujusmodi tenorem minime contineri. » (Cf. *Suppl. p. 16*). Quæ quam falsa sint legenti decretum consistoriale supra allatum patet. Nam Concilium Tridentinum expressis verbis commemoratur : « Quoad hæc juxta S. Tridentinum Concilium vivere debere (*fideles*). » Jam vero illa verba *quoad hæc*

Digitized by Google

referuntur ad ea quæ immediate præcedunt, scilicet ad causas matrimoniales et matrimonia clandestina.

Præterea Archiepiscopus Moguntinus loquebatur ad parochos sanæ mentis, qui probe sciebant quid a Concilio Tridentino de matrimoniis clandestinis fuisset statutum, et quam bene fuerit Reverendissimus Præsul a suis parochis intellectus, efficitur ex documentis supra laudatis. Quibus exemplis unum adjungere juvat. In libro parochiali parœciæ ad SS. Quintinum in civitate Moguntina hæc leguntur : « Cum a nonnullis dubitaretur, num Concilium Tridentinum in puncto matrimonii de præsentia parochi et duorum testium in Archidiœcesi antehac legitime publicatum, atque ex hoc dubio variæ difficultates exorirentur, placuit tandem Eminentissimo et Reverendissimo D. Joanni Philippo, domino nostro clementissimo, in ordine ad annullanda indubitanter omnia clandestina matrimonia, per totam Archidiœcesim in singulis parochiis novam publicationem dicti Concilii fieri, quod et in consistorio hoc anno 1664, 10 Julii decretum et ad S. Quintinum die 20 Julii quæ erat *Dom. VI post. Trinit.* publicatum esse testor Joh. Dan. Judenus D^r p. t. hic parochus. »

Alterum jam accedit argumentum, quo eadem promulgatio cap. *Tametsi* in parochia Francofurtensi invicte probatur. Est enim principium inconcussum juris canonici decreti Tridentini publicationem præsumi, ubi id decretum fuerit aliquo tempore in parochia tanquam decretum Concilii (Tridentini) observatum. » Quod principium S. H. C. d. 26 Sept. 1602 stabilivit atque iterum iterumque confirmavit die 10 Juli 1610, d. 16 Dec. 1634, d. 13 Nov. 1638, d. 30 Mart. 1669. Cf. *Bened. XIV, de Synod. diœc., l. XII, cap. 5, n. 6, et Pii VI Epist. ad Episcop. Lucion. d. 28 Maii 1793.*

Atqui longa factorum serie luculenter probatur in parochia Francofurtensi decretum Tridentinum contra matrimonia clandestina conditum, ut decretum Concilii Tridentini fuisse observatum. Id quod in supplicatione, *p. 11*, his verbis efficitur : « Qui usus (id est, celebrandi matrimonia secundum Ritualia Archidiœcesis Moguntinæ, in quibus forma Tridentina tanquam omnino

Digitized by Google

necessaria ad ipsum valorem matrimonii præscribebatur) ex catalogis copulatorum parœciæ *(Francofurtensis)* inde ab anno 1640 adhuc extantibus luculentissime apparet. Notantur enim imprimis in iisdem constanter testes matrimoniales nominibus suis et aliquando etiam tanquam *testes rogati* ab aliis distinguuntur, qui suppressis nominibus *præsentes* vel *testes convivales* vocantur. Præterea parochi vel vicarii in libris his semper fidem faciunt, se sponsos, quorum nomina catalogo inserunt, matrimonio junxisse, adnotantque diserte, quandocumque extraneorum matrimonio assistunt, dimissoriales illorum litteras a respectivi eorundem parochis se accepisse. Insuper vero data occasione explicite quoque testantur, *Francofurti formam Tridentinam* in matrimoniis contrahendis catholicorum, consideratam fuisse *tanquam omnino essentialem.* » Quibus verbis duo constant evidenter : 1. Rem a Concilio Tridentino præscriptam fuisse observatam ; 2. Propter explicitam illam provocationem ad « formam Tridentinam.... tanquam essentialem », observationem habuisse locum in vim Concilii Tridentini.

Factis quoque particularibus in suppl., *p. 12 seqq.*, relatis id multo magis confirmatur. V. g. in libro parochiali Francofurtensi de quibusdam sponsis d. 9 Junii 1797 adnotatur : « Nunc salutaribus conscientiæ stimulis « agitati desideravere verum *secundum formam a Tridentino* præscriptam matrimonium contrahere... Die igitur 9 Junii 1797 p. p., Richepance et comitissa de Damas *secundum formam a Tridentino* præscriptam inthronizati sunt a me parocho Kauth. » Die vero 7 Januarii 1809 notatur : « Prædicti sponsi Met. B. parochiani Francofurtenses jam anno 1807 ab initio Octobris matrimonium coram parocho protestante in Rödelheim invalide contraxerunt, hinc cum licentia Reverendissimi Vicariatus hodie in ecclesia nostra inthronizati sunt. » Tandem die 17 Mart. 1806 quoad alios sponsos observatur : « Prænonimati sponsi H. et H. jam die 6 Januarii coram Seniore et doctore Hufnagel (i. e. ministro protestantico) contraxerunt matrimonium, ast erat nullum, quia ambo catholici. »

Reverendissimus Præsul Limburgensis in supplicatione ulte-

Digitized by Google

riora exempla non affert, quibus usque ad nostram ætatem observationem decreti Tridentini in parochia Francofurtensi comprobet, sed illam tacite tanquam certam et indubitatam videtur supponere atque indirecte confirmat per duos testes omni exceptione majores (Cfr. *Suppl. p. 14 et 15*) : « Mihi dubium non est (ita scribit Reverendissimus Dr Moufang, Canonicus Moguntinus, d. 3 Julii 1885 ad Officialem Ecclesiæ Limburgensis), Francofurti certe sicut in omnibus aliis locis, quæ jurisdictioni Archiepiscopi Moguntini suberant, anno 1664 decretum matrimoniale (scil. *Concilii Tridentini*) rite promulgatum esse... » At etiamsi certa notitia (scil. de facta publicatione cap. *Tametsi*) non inveniatur, neque in plerisque aliis paræciis aliquid inveni, ex hoc concludi nequit, publicationem Francofurti locum non habuisse : absolutum mandatum archiepiscopale, usus Agendarum Joannis Philippi et Lotharii Francisci abunde demonstrant valorem decreti Tridentini et invaliditatem unionis maritalis a duobus catholicis Francofurti non servata forma Tridentina initæ.

« Sententiæ huic clarissimi Dr Moufang consentit cl. quoque Dominus Dr Braun, canonicus Fuldensis et in jure canonico peritissimus, qui causam matrimonialem Wirtz-Nüller necnon quæstionem generalem de publicatione capitis *Tametsi* Concilii Tridentini pluries inspectis actis sedulo disquisivit. »

Quorum clarissimorum virorum (1) equidem libentissime subscribo.

Tertium argumentum ad sententiam nostram confirmandam subjungi potest. Promulgatio capitis *Tametsi* ex diuturna praxi et observantia non tantum præsumitur, idque præsumptione juris et de jure, verum etiam ipsa praxi et consuetudine promulgatio illius capitis fieri potest. (Cf. *Arch. jur. eccl. t. 38, p. 169 seqq.*) Nam S. C. C. in causa *Bosniensi* d. 14 Apr. 1611 rescripsit : « (Ceterum quantum pertinet ad eos qui absque forma Concilii matrimonia contraxerunt respondit) si in ea regione decretum Concilii, *cap. 1, sess. 24, De reform. matr.*, observari consueverit, nulla esse matrimonia in quibus contrahendis Parochus

(1) *Sic ;* il faut sans doute : « Quorum clarissimorum virorum *sententiæ*... »

Digitized by Google

non fuerit adhibitus. » Jam vero in hac responsione S. C. C. supponit sola consuetudine niti observationem capitis *Tametsi*, atque promulgationem expressam non commemorat. Nihilominus matrimonia absque forma Tridentina celebrata non dicuntur « nulla præsumi, » sed « nulla esse »; ergo S. C. C. ipsa censuit praxi et consuetudine legem illam Tridentinam sufficienter promulgatam fuisse. Nam caput *Tametsi* sine vera quadam promulgatione vim in parochia non obtinet; at, lege illa Tridentina non vigente, matrimonia clandestina non sunt invalida, sed ex jure antiquo valida censentur. Hinc cum S. C. C. dicat matrimonia esse invalida, « præsumi publicationem » et « esse publicatum » convertuntur.

Idem effici potest ex responsione S. C. C. d. d. 27 Martii 1632 : « Ubi constat decretum S. Concilii esse publicatum vel aliquo tempore in parochia tanquam decretum S. Concilii observatum... » Quo in responso, illa particula *vel* observatio decreti tanquam decreti Tridentini, simpliciter æquiparatur veræ et expressæ promulgationi. Porro eadem æquiparatio occurrit in Epistola Pii VII ad Archiepiscopum Moguntinum d. d. 8 Oct. 1803 : « Probe novit Fraternitas tua hujus generis matrimonia rata et firma consistere iis in locis, in quibus Concilii Tridentini decretum vel nunquam publicatum fuit, vel nunquam observatum tanquam ejusdem Concilii decretum, vel si quando observatum fuit, longo dein temporis intervallo in desuetudinem abiit. » Quod si R. Pontifex in epistola modo laudata disertis verbis concedit sanctionem Tridentinam contra clandestina matrimonia saltem longo temporis intervallo per contrariam consuetudinem in aliqua parochia abrogari posse, multo magis per consuetudinem juri summopere conformem promulgatio capitis *Tametsi* fieri potest. Et revera Reiffenstuel, *l. IV, tit. 3, num. 119,* existimat decretum Tridentinum irritans matrimonia clandestina, non obstante legitima promulgatione, contrario usu intra decennium in desuetudinem abire posse. Quod tempus ad difficillimam abrogationem decreti Tridentini brevius videri potest minusque conforme verbis Pii VII; at profecto sufficiet ad rem faciliorem

Digitized by Google

efficiendam, scilicet ad introducendam consuetudinem juri congruam, vel, ut verius loquar, ad solam promulgationem legis jam pridem latæ.

Denique hæc sententia ex ipso Concilio Tridentino confirmari potest. Etenim Patres Concilii Tridentini, cum directe promulgationem quamdam expressam capitis *Tametsi* præscriberent, tamen alteram formam tacitæ cujusdam promulgationis, praxi et observantia illius decreti factam, minime excluserunt, quin imo quoad modum promulgationis magnam Episcopis reliquerunt libertatem. Ita v. g. fieri potest publicatio per publicam decreti lectionem in ecclesia, verum etiam per simplicem affixionem ad valvas ecclesiæ. At ex natura rei sicuti lex tum scripto tum per consuetudinem condi potest, ita etiam promulgatio legis a competente auctoritate latæ et expresse et ipsa praxi perficienda nullo jure prohibetur. Consuetudo ipsa potius est optima legum promulgatio; hinc, ad jus consuetudinarium introducendum, promulgatio alias ad valorem legis omnino necessaria speciali ratione non requiritur, quippe cum ipsa consuetudine contenta sit. Ergo quoniam verba Concilii Tridentini huic modo promulgationis capitis *Tametsi* non obstant, ab ipso quoque Concilio approbatus est. Quæ ratio confirmatur decisionibus jam allatis S. C. C., in quibus uterque modus promulgationis plane æquiparatur; at nullum reperitur vestigium S. C. C. dare illis responsis interpretationem quandam extensivam Concilii Tridentini; ergo res in Concilio Tridentino jam contenta tantum apertius atque clarius per legitimam interpretationem fuit proposita.

Neque excipi potest contra hanc sententiam modo stabilitam inde sequi in Anglia et Scotia non jam existere valida matrimonia clandestina. Sane ibidem boni Catholici celebrant sua matrimonia coram parocho et duobus saltem testibus; at probe sciunt fideles illam formam celebrationis matrimonii ad valorem actus in Anglia et Scotia non requiri; ergo deest opinio necessitatis, quæ ad consuetudinem introducendam omnino est necessaria. Porro Episcopi illa praxi et observantia nullo modo intendunt aliquam promulgationem cap. *Tametsi*; sed, ut aliunde

Digitized by Google

constat, laudatum decretum Tridentinum non privata parochorum auctoritate, sed ex mandato et assensu tantum Episcoporum valide promulgari potest. Denique observantia illa non viget in vim decreti Tridentini, sed potius propter statuta diœcesana et consuetudinem in Anglia receptam, vel potius in vim juris antiqui in Anglia et Scotia nunquam abrogati, quod minime ad validitatem, bene vero ad liceitatem requirit publicam matrimonii celebrationem in facie ecclesiæ. Deficientibus igitur essentialibus conditionibus promulgatio capitis *Tametsi* in Anglia et Scotia tanquam per observantiam facta minime est asserenda.

His in jure stabilitis, subjungenda sunt facta in supplicatione allegata, quibus probetur praxi et observantia decretum Tridentinum contra matrimonia clandestina legitime esse promulgatum. Quæ praxis atque observantia optimo jure deducitur ex Ritualibus diœcesanis. Nam S. C. C. in causa *Constantinopolit.* d. 16 Decembris 1634 censuit: « Rituale Romanum de Sacramento Matrimonii, observatum in singulis parochiis Civitatis Peræ tanquam decretum S. Concilii seu Summi Pontificis Romani, inducere sufficientem præsumptionem publicationis ejusdem decreti, ita ut in celebratione matrimoniorum pro illorum validitate servanda sit forma ab eodem Sacro Concilio præscripta. » Jam vero, ut supra probatum est ex modo loquendi S. C. C., publicationem præsumi ex observantia hujus decreti, idem significat atque publicationem per observantiam revera factam esse; neque ullum dubium existere potest, quin in Ritualibus Archidiœcesis Moguntinæ, in qua parochia Francofurtensis sita erat, accuratissima præscriberetur observatio decreti Tridentini de forma celebrandi Matrimonia. Quod ut probetur, sufficit citare verba supplicationis *pag. 9* : « Anno 1670 idem Archiepiscopus Joannes Philippus *renovatum ordinem ecclesiarum* edidit, quo inter alia legem Tridentinam de tribus bannis benedictioni matrimoniali præmittendis inculcavit. Sequenti vero anno 1671 rituale pro archidiœcesi Moguntina diœcesibusque Herbipolitana et Wormatiensi publicavit, in quo quoad causas matrimoniales inter alia hæc præscribit *pag. 202* : — Habeat (parochus) in primis ipse bene cognita illa

Digitized by Google

omnia, quæ in matrimoniis rite conficiendis servari oportere sacri canones et præcipue sancta Synodus Tridentina jussit, dabitque operam, ut illa in parochia sua accurate exacteque serventur. Præsertim vere meminerint matrimonia clandestina et quælibet matrimonia, quæ aliter quam præsente parocho... et duobus vel tribus testibus contrahuntur, ex ipsius Concilii decretis irrita omnino et nulla esse. »

Ultima hæc sententia Ritualis Moguntini ad verbum excerpta est ex Rituali romano, atque aliis quoque instructionibus et decretis Archiepiscoporum Moguntinorum (cfr. *suppl. p. 10*) eadem lex Tridentina inculcatur; at profecto parochi huic mandato Archiepiscopi in Rituali contento non satisfecissent, nisi illud fidelibus communicassent. Quod si fecerunt, cum expresse ad Concilium Tridentinum provocetur, omnia elementa legitimæ promulgationis capitis *Tametsi* habentur. Insuper ut in argumento secundo demonstravi, in parochia Francofurtensi praxis Rituali diœcesano fuit conformis, idque eo fine, ut observaretur decretum Concilii Tridentini et vitaretur nullitas matrimonii. Quare sapienti consilio Reverendissimus Canonicus Moufang in epistola jam citata scribit : « Absolutum mandatum archiepiscopale, usus Agendarum Joannis Philippi et Lotharii Francisci abunde demonstrant valorem decreti Tridentini et invaliditatem unionis maritalis a duobus catholicis Francofurti non servata forma Tridentina initæ. »

Responsio ad Dubium II.

Decretum Tridentinum contra matrimonia clandestina eadem ratione eodemque ambitu atque in parochia Francofurtensi etiam sponsos catholicos in vico Bornheimensi adstringit; at quoniam ex factis in supplicatione allegatis promulgatio cap. Tametsi *in illo vico non eadem certitudine et evidentia probari potest atque in parochia Francofurtensi, Reverendissimus Episcopus Limburgensis non ob strictam quandam necessitatem, sed ad tollendos scrupulos et removenda dubia parum fundata, merito utetur jure oneroso a Concilio Tridentino,* Sess. XXIV,

Digitized by Google

cap. 1, De reform. matr. *his verbis Episcopis concesso : — « Ne vero hæc tam salubria præcepta quemquam lateant, Ordinariis omnibus præcipit, ut cum primum potuerint, curent hoc decretum populo publicari ac explicari in singulis suarum diœcesum parochialibus ecclesiis, idque in primo anno quam sæpissime fiat,* deinde vero quoties expedire viderint. »

Vicus Bornheim nostra ætate quoad administrationem civilem cum civitate Francofurtensi conjunctus est; ante reformationem sæculi decimi sexti extra muros civitatis Francofurtensi situs erat. Propterea sunt qui contendant Bornheim sicut alios vicos extra mœnia Francofurtensis sitos propriam fuisse parochiam. At quibus argumentis et documentis historicis hæc assertio probetur, ex supplicatione nequit probari. Illud certum est, quod additur *p. 23 :* « In documentis porro antiquis ecclesia Bornheimensis capella vocatur, constatque illam jam sæculo IX una cum proventibus suis ecclesiæ S. Salvatoris, sicuti tum temporis ecclesia collegiata ad Sanctissimum Bartholomæum vocabatur, incorporatam nec non a clero parœciæ unicæ Francofurtensis quoad curam animarum provisum fuisse. » Verum ex his quoque verbis colligi nequit Bornheim ante reformationem propriam fuisse parochiam. Nam ipsa vox *(capella)*, pro more loquendi sæculi IX (cfr. *v. g. Concil. Paris. 829, l. III, c. 6*) et juris decretalium (cfr. *lib. III, tit. 37, De capellis monachorum*), non parochialem ecclesiam denotat. Illud certe sequitur ex verbis supplicationis illam capellam tum quoad temporalia tum quoad spiritualia fuisse ecclesiæ ad S. Bartholomæum incorporatam, minime vero inde deducitur Bornheim fuisse parochiam quandam a parochia Francofurtensi distinctam, cujus cura habitualis esset penes Capitulum ecclesiæ collegiatæ Francofurtensis, cura actualis penes vicarium residentialem. Verba illa supplicationis « necnon a clero parœciæ unicæ Francofurtensis quoad curam animarum provisum fuisse » potius insinuant, capellam Bornheimensem exstitisse ecclesiam quandam filialem a clero parochiali Francofurtensi administratam. Quæ explicatio mirum in modum confirmatur verbis sequentibus supplicationis *pag. 24.* « Incolæ Bornheimenses (scilicet

Digitized by Google

orta hæresi Lutherana) exemplo aliarum finitimarum communitatum a senatu Francofurtensi proprium parochum sectarium expetierunt (id quod facile explicatur, si antea proprium quemdam parochum catholicum non habuerunt). Anno 1526 vero Subpriorem Carmelitarum Francofurtensium, qui officia divina *excurrendo* (deerat igitur vicarius residentialis) ibi peragebat, male tractarunt, qua de causa senatus capitulum ad Sanctum Bartholomeum adhortatus est, ut proprium sacellanum in Bornheim pro cura animarum exercenda collocaret (hinc antea non fuit mos, ut proprius ibidem resideret sacellanus, atque ipsa vox *sacellani* satis insinuat capellam Bornheimensem non fuisse ecclesiam parochialem, sed potius filialem). Progressu temporis secta Lutherana ita in Bornheim invaluit, ut, sæculo XVI ad finem vergente, *capella catholica* (ergo ipso sæculo XVI ad fin. verg. Bornheim non videtur fuisse vera parochia) ab ipsis occupata fuerit, vixque adhuc catholici ibi invenirentur, quique forte in loco habitarent, *tanquam ad parochiam Sancti Bartholomæi Francofurtensem pertinentes* considerarentur, illamque ecclesiam frequentarent; quo in statu *res usque ad tempora* nostra permanserunt. Juxta testimonium parochi Francofurtensis R. D. Muenzenberger anno 1766 prima catholica sponsa ex Bornheim in catalogo copulatorum Francofurtensi recensetur, alia anno 1779 sequitur. In registro mortuorum vero anno demum 1819 filia quædam artificis Bornheimensis catholica describitur. Exinde vero in dies Catholici in Bornheim numero crescebant, ita ut anno 1869 mille circiter fideles ibi habitarent, qua de causa prædecessor meus b. m. Petrus Josephus, die 1 Octobris illius anni proprium sacerdotem ibi residere jussit, eique curam animarum exercendam contulit. Hodie temporis quatuor circiter millia catholicorum in Bornheim degunt. » Hæc quidem hactenus de serie factorum ex supplicatione deprompta.

Ceteroquin istis quæstionibus de distincta vel incorporata parochia ante reformationem in pago Bornheimensi existente non nimis insistendum esse existimo in hac controversia. Quare non possumus consentire verbis in *suppl. p. 25* allatis : « Solutio

Digitized by Google

dubii hujus (a) solutione quæstionis pendebit, utrum in vico Bornheim propria parœcia olim exstiterit, necne. » Nam solutio quæstionis canonicæ non potest pendere a conjecturis historicis et factis non probatis. At in supplicatione nulla afferuntur argumenta concludentia, quibus demonstretur Bornheim ante reformationem propriam et distinctam fuisse parochiam. « Sunt, qui (id) contendant, » ut dicitur *Suppl. p. 23.* Probationes desunt. Sed jura novit Curia, facta sunt alleganda et probanda.

Præterea dato et non concesso, quod Bornheim ante pseudoreformationem proprie fuerit parochia, nequaquam inde sequitur Catholicos Bornheimenses legi Tridentinæ irritanti matrimonia clandestina non esse adstrictos. Etenim illa ipsa apostasia a fide catholica omnium incolarum parochia Bornheimensis fuisset extincta ejusque territorium potuit conjungi post reformationem cum parochia Francofurtensi. Sane : « Documentum... historicum comprobans illos legitima auctoritate ecclesiastica post dissolutionem parœciæ propriæ (si exstitit!) eidem... Francofurtensi adscriptos fuisse, non existit. » *(Suppl. p. 26).*

At numquid ex documento quodam historico constat de facta promulgatione cap. *Tametsi* in parochia Francofurtensi? Nihilominus illa promulgatio est certa et indubitata. Et revera consuetudo immemorialis certe sufficit ad præscribendos fines parochiarum, si sint dubii (Cfr. *cap. 4, D. de paroch., III, 29)* et Schmalzgrueber *(Jus ecclesiasticum universum, l. III, t. 29, n. 24)*; jam vero fines illi saltem fuerunt dubii, cum omnia facta historica potius probant Bornheim jam ante reformationem fuisse tantum partem parochiæ Francofurtensis atque ex tempore immemoriali usque ad annum 1869 clero parochiali Francofurtensi curam animarum in vico Bornheim fuisse demandatam. Id quod procul dubio factum est annuente legitima auctoritate ecclesiastica, neque illa cura ultra sæculum constanter exercita fuit extra proprium territorium parochiale.

Ex altera parte si certo constaret vicum Bornheim jam ante reformationem fuisse partem parochiæ Francofurtensis, facilius quis tanquam legitimam admittet conclusionem, caput *Tametsi*

Digitized by Google

etiam in vico Bornheim esse observandum. Et revera nullius momenti esse existimo illa dubia, quæ, hac hypothesi admissa, *in suppl. p. 26* his verbis insinuantur : « Posset etiam dubitari, num incolæ Bornheimenses decreto Tridentino obligentur, licet Bornheim olim ad parœciam Sancti Bartholomæi pertinuerit, et in hac decretum publicatum fuerit, cum certo certius illud decretum in loco Bornheim sectæ addicto neque receptum, neque a sæculo XVI usque ad sæculum XIX observatum, neque ex quo tempore catholica communitas denuo coaluit, publicatum fuerit. » Nam si certo constat de finibus alicujus parochiæ, per præscriptionem immutatio finium nequit induci, ut eruitur ex *cap. 4, De paroch. III, 29,* et Schmalzgrueber *(l. c. n. 22 et 23).* Porro lex Tridentina irritans matrimonia clandestina afficit incolas parochiæ ratione territorii; ergo si Bornheim semper certo fuerat pars parochiæ Francofurtensis, saltem Catholici Bornheimenses capite *Tametsi* eodem modo ligantur atque Catholici civitatis Francofurtensis. Et profecto territorium quoddam a parochia non dismembratur, quod incolæ illius territorii a fide catholica defecerint; secus etiam fines antiquarum diœcesum Germaniæ per reformationem fuissent immutati, atque adeo in eadem civitate certæ plateæ, quarum incolæ abjecta fide catholica ad sectam Lutheranam transierant, ita potuissent separari a territorio parochiæ catholicæ, ut Catholici postea ibidem habitantes fuissent extra parochiam constituti. Id quod nemo dixerit. Nec major inest vis probandi illi assertioni de non « recepto » decreto Tridentino in Bornheim. Satis enim anceps est illa locutio de lege non recepta. Nam legis Tridentinæ valor quoad praxim non pendet a subditorum receptione sed a promulgatione legitime facta, atque « Sacra Synodus Tridentina (ita sapienter scribitur in supplicatione, *p. 25)* publicationem decreti ad hoc, ut effectum suum obtineret, in ecclesiis tantum parochialibus præscripsit, non vero etiam in ecclesiis vel capellis filialibus. » Ergo, si vicus Bornheim fuit pars parochiæ Francofurtensis, promulgatio capitis *Tametsi* ibidem facta sive expresse sive constanti observantia etiam pro vico Bornheim abunde sufficiebat. Quod vero additur de decreto

Digitized by Google

Tridentino non « observato » in vico Bornheim, id sane verissimum est de Protestantibus, at de Catholicis id esset probandum, quoniam extra controversiam est Protestantes in civitate Francofurtensi et vico Bornheimensi non affici impedimento clandestinitatis; sed in ipsa supplicatione, *p. 25*, asseritur religionem catholicam exeunte sæculo XVI in vico Bornheim exstinctam fere fuisse ut vix « adhuc Catholici ibi invenirentur. » Catholici vero non existentes in Bornheim non poterant omittere observantiam decreti Tridentini; verum si post multos annos denuo in partem parœciæ huc usque a solis hæreticis habitatam migravissent Catholici, procul dubio ligati fuissent lege Tridentina, sicut nostra ætate in urbe Roma illi Catholici, qui in vico Hebræorum nunc destructo sibi domicilium quærunt, capitis *Tametsi* sanctionibus omnino subjecti sunt, licet forte per plura sæcula in illo Ghetto homines religioni catholicæ addicti vix unquam habitarint.

Quare omnino tenenda videtur sententia, homines catholicos vici Bornheim nostra ætate ad observandam formam Tridentinam in matrimoniis celebrandis esse obligatos. Cujus assertionis probatio post explicationem jam præmissam duobus brevibus argumentis proponi potest.

1° Certum atque indubitatum est in omnibus locis, quæ jurisdictioni Archiepiscopi Moguntini erant subjecta, anno 1664 decretum Tridentinum irritans matrimonia clandestina rite fuisse promulgatum. « Mihi dubium non est (ita scribit *in suppl. p. 14* cl. Canonicus Moufang), Francofurti certe, *sicut in omnibus aliis locis*, quæ jurisdictioni Archiepiscopi Moguntini suberant, anno 1664 decretum matrimoniale *(scilicet Conc. Trid.)* rite promulgatum esse. » Quibus verbis mox in eadem *suppl.*, *p. 15* additur : « Sententiæ huic clarissimi Canonici Dr Moufang consentit cl. quoque Dominus Dr Braun, Canonicus Fuldensis. » Et profecto si post tot acta et decreta anno 1664 in Archidiœcesi Moguntina cap. *Tametsi* non fuisset promulgatum, id revera mirabile esset. Jam vero certum est vicum Bornheim quondam jurisdictioni Archiepiscoporum Moguntinorum fuisse subjectum, neque ullum existit vestigium Bornheim extitisse extra territo-

Digitized by Google

rium parochiæ catholicæ; ergo validissima est præsumptio etiam Bornheimenses catholicos decreto Tridentino ligari.

2° Bornheim usque ad annum 1869 fuit pars parochiæ Francofurtensis. Nam facta supra allegata id jam magna probabilitate suadent vel pro ipso tempore ante reformationem; constans vero consuetudo per tria saltem sæcula continuata omne dubium tollit, ut probatum est. Jam vero in parochia Francofurtensi adeo certo et indubitanter caput *Tametsi* est observandum ex tempore immemoriali, ut mirum sit, quomodo de hac re ullum dubium potuerit moveri. Ergo eadem lege tenentur incolæ catholici vici Bornheim.

Contra responsionem modo datam hæc movetur difficultas *in suppl. p. 27* : « Huc accedit Vicarium Apostolicum pro Ducatu Nassovico et territorio Francofurtensi... in causa matrimoniali Caroli Christiani Ganbatz contra uxorem propriam Guilelminam natam Mai die 13 Julii 1824 in prima, dieque 5 Julii 1825 in secunda instantia declarasse, in loco Bornheim Concilii Tridentini quoad matrimonia clandestina decretum minime esse receptum. » Quæ difficultas congrua responsione videtur posse solvi. Sententia illius Vicarii Apostolici est decisio in causa particulari data, neque ullo argumento probatur ipsum in « quæstionem generalem » tanta cura atque diligentia inquisivisse quanta id factum esse a Reverendissimo Episcopo Limburgensi pro tempore existente ex supplicatione constat. Quare mirum non est, si a sententia Vicarii Apostolici nunc sit recedendum. Simili ratione Benedictus XIV contra responsiones quasdam S. C. C. in casibus particularibus datas d. 4 Nov. 1741 rescripsit : « Licet Sanctitas Sua non ignoret alias in casibus quibusdam particularibus et attentis tunc expositis circumstantiis S. Congr. Concilii pro eorum (matrimoniorum) *invaliditate* respondisse, æque tamen compertum habens nihil adhuc *generatim* et *universe* super ejusmodi matrimoniis fuisse ab Apostolica Sede definitum et alioquin oportere omnino.... quid *generaliter* de hisce matrimoniis sentiendum sit declarare..., declaravit statuitque matrimonia... pro *validis* habenda esse. »

Digitized by Google

Porro ipse Reverendissimus Antistes Limburgensis ipsa sua supplicatione satis demonstrat ista sententia Vicarii Apostolici causam non esse diremptam, secus non recurrisset ad Sedem Apostolicam. Quo recursu etiam illud insinuat sapienterque comprobat, neque se neque illum Vicarium Apostolicum competenti auctoritate instructos esse, qui quæstionem generalem juris in hac re authentica interpretatione definire potuerint. Nam licet Episcopi ex mandato Concilii Tridentini non tantum possint, sed debeant caput *Tametsi* promulgare atque, nova promulgatione facta, facile dubia pro futuro tempore solvere possint, tamen per viam interpretationis in hac materia procedere nequeunt. Episcopi enim quoad decretum Tridentinum irritans matrimonia clandestina solummodo explent ministerium promulgationis legis a superiore latæ, minime vero ipsi legislatores existunt. Quare si dubia de valore promulgationis orta sua interpretatione (non nova promulgatione) vellent resolvere, facili negotio fieret, ut interpretatione quadam restrictiva legem Tridentinam forte jam introductam abrogarent, aut interpretatione extensiva, neglectis conditionibus a jure requisitis, invalide cap. *Tametsi* promulgarent. Atqui utrumque potestatem Episcoporum superat, ideoque ad Sedem Apostolicam recurrendum est, ut solvantur dubia generalia de valore promulgationis cap. *Tametsi* aut de abrogatione per desuetudinem.

Vis atque auctoritas laudatæ sententiæ Vicarii Apostolici non parum imminuuntur, quod unius tribunalis sit iterata tantum decisio, non diversorum tribunalium habeatur duplex conformis sententia, prout requiritur a constit. Benedicti XIV *Dei miseratione* in causis nullitatis matrimonii.

Denique quamvis concedatur Vicarium Apostolicum suo tempore non errasse, minime inde sequitur nostra ætate catholicos incolas vici Bornheim a lege Tridentina in matrimoniis celebrandis esse exemptos. Nam post illum annum 1825 praxi atque observantia decretum Tridentinum potuit promulgari, atque S. C. C., ut constat ex declarationibus in prima responsione allatis, ad præsumendam promulgationem laudati decreti nequaquam requirit

Digitized by Google

tempus quoddam longissimum atque adeo immemoriale, sed sufficit si « aliquo tempore » tanquam decretum Concilii Tridentini fuerit observatum. Ergo illa praxi et observantia etiam pro vico Bornheim legitima promulgatio nostra ætate optimo jure est præsumenda.

Responsio ad Dubium III.

Catholici qui antehac in parochia Francofurtensi et Bornheimensi clandestine matrimonium contraxerunt et nihil dubitantes adhuc in eodem vivunt, si utraque pars sese sistat in foro ecclesiastico aut facili negotio induci possit, ut sese sistat, in forma Tridentina renovent consensum secreto coram parocho et duobus testibus; si una tantum pars sese sistat, altera vero pars sese sistere recuset, Reverendissimo Episcopo Limburgensi danda est facultas sanandi hujusmodi matrimonia in radice ad normam facultatis d. 4 Decembris 1886 a Sanctissimo Domino Episcopis Austriacis concessæ; si neutra pars sese sistat neque ulla sit spes, ut moniti sese sistant, relinquendi sunt in sua bona vel mala fide, juxta cap. 6, D. De consang. et affin., IV, 14..

Quoniam matrimonia clandestina in utraque parochia vi duarum priorum responsionum sunt certo invalida, applicanda sunt principia generalia de convalidatione matrimoniorum ob defectum formæ Tridentinæ invalide contractorum. Quæ principia in responsione tertia breviter relata sunt. Quare responderi quoque posset : « Provisum in prioribus et quoad convalidationem matrimoniorum consulat probatos auctores. » Publica quædam renovatio consensus non videtur requirenda. Nam si Episcopi in Conciliis provincialibus sibi abstinendum esse existimarunt a stricto præcepto celebrandi matrimonia in ecclesia, sed exhortationibus contenti fuerunt (cfr. *Collect. Lac. Conc. recent. tom. III, col. 316, 319, 1262*), sane multo magis id in casu proposito obtinet. Altercationes istæ virorum doctorum facile illud efficere saltem potuerunt, ut scandalum abesset. Quare solummodo consulendum est conscientiarum tranquillitati, ad quam privata consensus renovatio coram parocho et duobus testibus abunde sufficit. Ne

Digitized by Google

vero Reverendissimus Episcopus cogatur denuo recurrere ad Sedem Apostolicam, apte ipsi illico videtur concedenda facultas sanandi matrimonia illa in radice, sicuti concessa est Episcopis Austriacis ad sananda matrimonia invalide contracta propter non indicatam copulam incestuosam in petenda dispensatione. antequam per SS. Dominum die 25 Junii 1885 necessitas indicandæ copulæ esset sublata. Qui casus nostro videtur esse simillimus. Nam in illa quoque quæstione viri docti dubia moverunt de necessitate indicandæ copulæ, atque consequenter valida habuerunt matrimonia omissa illa conditione celebrata. Sententia ista, licet quoad legem ferendam consideratione quadam digna fuerit, tamen spectata lege lata et attentis declarationibus sacrarum Congregationum in praxim deduci non potuit. Hinc si SS. Dominus, non obstantibus illis rationibus virorum doctorum, qui valida esse illa matrimonia opinati sunt, tamen sanationem in radice indulsit, idem videtur concedendum Reverendissimo Episcopo Limburgensi iisdem clausulis additis, scilicet si renovatio consensus absque gravi periculo vel scandalo fieri non possit et saltem una pars matrimonii nullitatem cognoscat et recurrat ad Ecclesiam atque consensus matrimonialis perseveret (Cfr. *Archiv. jur. eccles. t. 58, c. 351*).

Quod vero fideles tandem aliquando in sua bona fide relinqui possint, id præter caput allegatum juris decretalium etiam comprobari potest ex responsione S. C. S. Off. d. 14 Dec. 1853 data: « Matrimonia celebrata coram Sacerdotibus a respectivo Vic. apostol. jurisdictionem non habentibus esse nulla. Quoad matrimonia contracta bona fide sileat, et si aliquod dubium exoriri possit, referat. » (Cfr. *Collectanea Const. S. Sedis, n. 996*).

Responsio ad Dubium IV.

Quamvis huic dubio satis videatur provisum per responsa priora, tamen expressis verbis hoc modo videtur posse responderi:

In parochia Francofurtensi lex Tridentina irritans matrimonia clandestina, cum certo jam sit promulgata, nova promulgatione, qua denuo in illa parochia vim obtineat, omnino

Digitized by Google

non indiget; promulgatio vero quæ fit ex mera utilitate relinquenda est prudenti arbitrio Episcopi Limburgensis juxta verba cap. Tametsi *Concilii Tridentini. In parochia vero Bornheim, licet a solemni quadam promulgatione abstinendum sit, tamen majoris securitatis causa expedit, ut ibidem simplici quadam ratione fidelibus catholicis intimetur matrimonia clandestina a Catholicis celebrata esse omnino nulla et irrita ex lege Tridentina.*

Quæ responsio cum sit nonnisi corollarium ex præcedentibus responsis deductum, vix multis argumentis est confirmanda. Nam si lex Tridentina contra matrimonia clandestina lata certo est promulgata, profecto nova promulgatio non est necessaria.

Quare quæstio solummodo moveri potest de illa promulgatione. quæ aptius vocatur divulgatio, legemque jam constitutam sequitur, ut illius perfecta cognitio in populo conservetur atque augeatur. Qui finis ut obtineatur, Concilium Tridentinum cap. *Tametsi* statuit : « Idque in primo anno quam sæpissime fiat, *deinde vero quoties expedire viderint.* » Prudenti igitur arbitrio Episcopi res relinquitur, neque ulla est ratio, cur ab hac regula recedatur.

Item in parochia Bornheim ad solemnem quandam promulgationem procedendum esse non puto, tum ob promulgationem certo supponendam, tum ne videatur introduci res nova atque insolita, neve Protestantibus detur occasio calumniandi Catholicos, quemadmodum accidit, cum in civitate Berolinensi caput *Tametsi* promulgaretur. At simplex quædam promulgatio, v. g. si una cum aliis impedimentis occasione data etiam hoc impedimentum clandestinitatis in memoriam revocetur, non videtur esse inutilis, quoniam facta in supplicatione allegata non adeo evidenter promulgationem factam esse demonstrant, ut omnium hominum scrupuli sufficienter eliminentur.

Verum enim vero si cui arrideret illa sententia in vico Bornheim non vigere caput *Tametsi*, absque hæsitatione suaderem, ut nova atque formalis illius decreti ibidem fieret promulgatio. Quo in casu Reverendissimus Episcopus Limburgensis eodem

Digitized by Google

jure uteretur, quo Archiepiscopus Moguntinus anno 1664, propter dubia orta in universa diœcesi sua, novam capitis *Tametsi* promulgationem præscripsit, neque ad hanc rem efficiendam sibi licentiam Sedis Apostolicæ necessariam esse arbitratus est. Neque nostra ætate putandum est Episcopis hac in re manus esse ligatas, atque specialem quandam requiri licentiam Sedis Apostolicæ. Nam quamvis mandatum Concilii Tridentini promulgandi caput *Tametsi* proxime et directe referatur ad Episcopos illius temporis, tamen futuri Episcopi non sunt exclusi, sed verbis Concilii comprehenduntur. Ergo Episcopi non tantum possunt, sed debent servatis servandis caput *Tametsi* in suis diœcesibus promulgare, neque profecto petenda est licentia a Sede Apostolica ad id quod quis stricta obligatione facere tenetur. Hinc sicuti Episcopi non debent petere licentiam a Sede Apostolica, ut juxta sanctiones Tridentinas singulis trienniis celebrare possint concilia provincialia, sed potius edocenda est Sedes Apostolica de causis, propter quas legi Tridentinæ de celebrandis Conciliis provincialibus non sit obsecundatum, ita in hac quæstione Episcopi in relatione status exponere debent causas omissæ promulgationis capitis *Tametsi*. Hujusmodi causæ sine dubio existere possunt atque a Sede Apostolica approbantur. (Cfr. *v. g. epist. S. C. de Prog. F. d. 23 Jun. 1830 in Collect. cit. n. 994*).

At hujusmodi causæ ad omittendam promulgationem cap. *Tametsi* in vico Bornheim vel in ipsa civitate Francofurtensi saltem pro Catholicis non videntur existere. Prærogativa sane singularis non est reputanda, si parochia quædam a lege Tridentina servanda est immunis. Remanet enim constituta sub jure antiquo, quod multa habet incommoda, atque a Concilio Tridentino « propter hominum inobedientiam » et « gravia peccata... quæ ex eisdem clandestinis conjugiis ortum habent, » summa cura atque sapientia fuit correctum. Jam vero si hisce ultimis annis vel in ipsa civitate Berolinensi caput *Tametsi* potuit promulgari, si S. C. de Prop. F. approbante Pio VII d. 14 Jan. 1821 censuit, ut Vicarii apostolici in imperio Sinarum, quantum fieri posset, « Concilii Decretum integrum rite promulgandum »

Digitized by Google

curarent, sane etiam Catholici Bornheimenses vel Francofurtenses non inferioris conditionis sunt quam Catholici Berolinenses, atque adeo Sinenses. Huc accedit disciplinæ uniformitas in una eademque diœcesi promovenda. Quæ uniformitas ratio fuit principalis, ut v. g. in vastissima diœcesi Wratislaviensi saltem pro nonnullis locis nova prodiret ordinatio de forma servanda in matrimoniis celebrandis.

Hucusque Consultoris votum. Quo cum universum negotium funditus investigatum videatur, abstinendum duco ab ulteriori qualibet animadversione, statimque de more exscribam quæ Episcopus proponit diluenda

DUBIA.

I. An decretum Tridentinæ Synodi *Sess. XXIV, cap. 1, De reform. matrim.*, clandestina matrimonia invalidans fideles Francofurti degentes, sive vi publicationis, sive vi observantiæ diuturnæ obliget, ita ut matrimonia ibi non servata forma Tridentina inter catholicos pro nullis habenda sint in casu?

II. An decretum illud eadem ratione etiam sponsos catholicos locum Bornheim incolentes obstringat in casu?

Et quatenus *affirmative* ad utrumque :

III. Quid agendum relate ad eos Catholicos Francofurtenses et Bornheimenses, qui antehac matrimonium clandestine contraxerunt, et de validitate nihil dubitantes adhuc in eodem vivunt in casu?

Et quatenus *negative* ad utrumque 1um et 2um dubium vel alterutrum :

IV. An idem decretum ibidem publicandum sit absque tamen præjudicio validitatis matrimoniorum ab acatholicis inter se vel a catholicis cum protestantibus contractorum in casu?

Resp. Ad I et II. *Constare fideles Frankfurti et Bornheim degentes lege Tridentina circa matrimonia clandestina teneri.*

Ad III et IV. *In voto Consultoris.*

Digitized by Google

EX S. CONGR. INDULGENTIARUM.

Indulgence pour une prière tirée de l'Encyclique Exeunte jam anno.

Beatissime Pater,

Sacerdos Ludovicus Deschamps, S. J. e Provincia Lugdunensi, ad pedes S. V. humiliter provolutus, exorat Sanctitatem Vestram, ut aliquam Indulgentiam benigne concedere dignetur omnibus utriusque sexus Christifidelibus devote recitantibus sequentem Orationem, excerptam ex Litteris Encyclicis S. V. quæ incipiunt : *Exeunte jam anno* d. d. 25 Decembris 1888.

Quam gratiam, etc.

ORATIO.

Vides, Domine, ut undique eruperint venti, ut mare inhorrescat, magna vi excitatis fluctibus. Impera, quæsumus, qui solus potes, et ventis et mari. Redde hominum generi pacem veri nominis, quam mundus dare non potest, tranquillitatem ordinis. Scilicet munere impulsuque tuo referant sese homines ad ordinem debitum, restituta, ut oportet, pietate in Deum, justitia et caritate in proximos, temperantia in semetipsos, domitis ratione cupiditatibus. Adveniat regnum tuum, tibique subesse ac servire ii quoque intelligant oportere, qui veritatem et salutem, te procul, vano labore exquirunt. Inest in legibus tuis æquitas ac lenitudo paterna : ad easque servandas ultro nobis ipse suppeditas expeditam virtute tua facultatem. Militia est vita hominis super terram, sed ipse *certamen inspectas, et adjuvas hominem ut vincat, et deficientem sublevas et vincentem coronas.*

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, in audientia habita die 19 Januarii 1889 ab infrascripto Secretario Sacræ

Digitized by Google

Congregationis Indulgentiis et SS. Reliquiis præpositæ, benigne concessit indulgentiam bis centum dierum semel in die lucrandam ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, corde saltem contrito ac devote recitantibus supra relatam precem. Præsenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis, die 19 Januarii 1889.

SERAPHINUS CARD. VANNUTELLI, PRÆFECTUS

ALEXANDER EPISCOPUS OENSIS, *Secretarius*.

Digitized by Google

EX S. ROM. ET UNIV. INQUISITIONE.

Lettre aux Ordinaires les autorisant à déléguer les Curés pour accorder certaines dispenses matrimoniales in articulo mortis.

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Supremæ huic Congregationi Sancti Officii propositum fuit dubium : « Utrum Ordinarii in casibus extremæ necessitatis facultatem dispensandi super impedimentis publicis matrimonialibus in mortis periculo, litteris Supremæ Congregationis die 20 Februarii 1888 concessam, parochis et universim confessariis approbatis modo generali subdelegare valeant, an non? »

Quo dubio mature perpenso, Eminentissimi Patres una mecum Generales Inquisitores fer. IV, die 9 Januarii 1889 dixerunt : *Supplicandum Sanctissimo ut decernere et declarare dignetur Ordinarios, quibus memorata facultas præcitatis litteris diei 20 Februarii 1888 data fuit, posse illam subdelegare habitualiter parochis tantum, sed pro casibus, in quibus desit tempus ad ipsos Ordinarios recurrendi et periculum sit in mora.*

Eadem feria ac die Sanctissimus D. N. D. Leo divina providentia PP. XIII, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, benigne annuere dignatus est juxta Eminentissimorum PP. suffragium.

Hæc tibi dum nota facio, fausta cuncta ac felicia precor a Domino.

Datum Romæ ex S. O. die 1 Martii 1889.

R. CARD. MONACO.

Digitized by Google

La faculté à laquelle se rapporte cette nouvelle lettre de la S. Inquisition, est celle qui avait été adressée aux Ordinaires par l'organe de cette même Congrégation le 20 Février 1888, et dont nous avions donné déjà un Commentaire dans la *Nouvelle Revue Théologique* (1). Rappelons-en les termes essentiels : « Locorum Ordinarii dispensare valeant sive per se *sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam* ægrotos in gravissimo mortis periculo constitutos, quando non suppetit tempus recurrendi ad S. Sedem, super impedimentis quamtumvis publicis, matrimonium jure ecclesiastico dirimentibus, excepto sacro presbyteratus Ordine, et affinitate lineæ rectæ ex copula licita proveniente. »

Dans cette phrase, les mots : *sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam*, que nous avons eu soin de distinguer par des italiques, reçoivent aujourd'hui une interprétation authentique, dont, par conséquent, il n'est pas permis de s'écarter. Qu'on nous permette de le bien préciser : cette interprétation n'est pas une extension, c'est une restriction de la faculté de subdéléguer déjà accordée.

Nous avions dit, en commentant la faculté du 20 Février 1888 : « Le pouvoir est donné *locorum Ordinariis*, et il est formellement dit qu'ils l'exerceront *sive per se, sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam*. Donc, les Vicaires généraux, le Vicaire Capitulaire, *qui et ipsi veniunt sub nomine Ordinarii*, peuvent dispenser comme l'Évêque et subdéléguer comme lui. Ajoutons que la subdélégation ne paraît pas restreinte aux cas particuliers, et peut être donnée *ad tempus*. » Seule, cette dernière phrase n'est plus exacte, et nous corrigerions ainsi qu'il suit : « En vertu d'une déclaration du 1er Mars 1889, ils *(les Ordinaires)* peuvent subdéléguer, dans les cas particuliers, toute personne ecclé-

(1) Tom. xx, pag. 122 et seq.

Digitized by Google

siastique capable ; d'une manière habituelle, les Curés seulement, et encore pour les cas où le temps manquerait pour recourir à leur autorité. »

Nous avons d'abord à justifier ces diverses interprétations ; il ne sera peut-être pas inutile de dire ensuite quelles règles doivent être suivies soit dans la subdélégation des pouvoirs, soit dans la concession des dispenses.

I.

Ainsi donc, les Ordinaires avaient reçu le 20 Février 1888, pouvoir de dispenser *sive per se, sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam* ; en d'autres termes, ils pouvaient déléguer pour accorder la dispense, toute *personne ecclésiastique* qui leur paraîtrait convenable pour cette mission. Quel est le sens de ce mot : *Persona ecclesiastica?* Telle est la première question que nous avons à résoudre.

Ce n'est pas la première fois que ces mots sont employés. Tous ceux qui sont au courant des rescrits de dispense savent que l'indult dit *du 15 Novembre* les contient encore et les a toujours contenus : il y est dit expressément que l'Évêque et ses Vicaires généraux pourront user des pouvoirs de l'indult *sive per se, sive per alias idoneas personas ecclesiasticas*. Bien d'autres indults, ceux, par exemple, qui accordent pouvoir de dispenser en certains cas urgents, ou de revalider *in radice* des mariages nuls, ont longtemps renfermé les mêmes expressions. Aussi, une interprétation authentique en a-t-elle été donnée ; la supplique suivante dira les deux sens qu'on peut y attacher, et la réponse de la S. Pénitencerie tranche la question.

In indulto quotannis Galliæ Episcopis concesso, sub data 15 Novembris et in quibusdam Rescriptis Sacræ Pœnitentiariæ

Digitized by Google

pro utroque foro, reperiuntur hæc verba : *Facultates, quibus sive per se, sive per alias idoneas personas ecclesiasticas uti poterunt.* Difficultas exorta est circa sensum hujus vocis *idoneas.* Quidam contendunt per hanc vocem intelligi personas ecclesiasticas in dignitate constitutas, verbi gratia, vicarius generalis, canonicus, non autem parochus (ex cap. *Statutum,* de Rescriptis in Sexto, et tit. XXIX Decretalium, *De officio et potestate judicis delegati*). Alii contendunt per hanc vocem intelligi tantum personas capaces, doctas, prudentes : « Summus Pontifex, inquiunt, optime novit quam raræ sint dignitates in Gallia; si parochus delegari non potest, nunquam Ordinarius facultate delegandi a Summo Pontifice concessa uti poterit, quod tamen multum expedit, scilicet quando partes sunt male dispositæ et timendum est ne stent contractui civili. »

Itaque quæritur :

1° Utrum per hanc vocem *idoneam* quæ reperitur in indulto 15 Novembris, intelligendum sit persona in dignitate constituta?

2° Utrum per hanc vocem intelligendum sit persona ecclesiastica capax, docta, prudens?

3° Utrum hæc vox in eodem sensu intelligenda sit, quum reperitur in Rescriptis Sacræ Pœnitentiariæ pro utroque foro?

Sacra Pœnitentiaria, mature perpensis expositis, rescribit :

Ad 1um quæsitum : *Negative, nisi id expresse declaratum fuerit.*

Ad 2um et 3um : *Provisum in primo.*

Datum Romæ in Sacra Pœnitentiaria die 11 Junii 1859.

Il n'est pas croyable que les mots *persona ecclesiastica,* employés par la S. Inquisition, aient un autre sens que les mêmes mots dans les rescrits de la S. Pénitencerie. Nous sommes donc autorisé à conclure que la lettre du 20 Février 1888 donne aux Ordinaires pouvoir de déléguer toute personne ecclésiastique capable de recevoir cette mission. Mais comment avons-nous pu dire que cette même lettre permettait d'accorder cette délégation, non pas seulement dans

Digitized by Google

les cas particuliers, mais même *habitualiter* ou *ad tempus?* C'est la seconde question qu'il nous faut examiner.

Trois considérations nous ont amené à cette conclusion : le texte même de la lettre de la S. Inquisition nous fournit la première, et nous tirons les deux autres de la comparaison avec d'autres indults.

Le *texte* de la lettre du 20 Février 1888 nous a paru permettre cette interprétation. Est-il besoin de rappeler ici une règle généralement admise? Un rescrit de dispense pour un cas particulier est d'interprétation stricte; il faut en vérifier le contenu et en accomplir les conditions à la lettre; mais il en est autrement des indults qui accordent à un Ordinaire le pouvoir général de dispenser de certains empêchements; c'est un privilège, et il doit être interprété favorablement : « Dispensatio tanquam odiosa est restringenda; potestas autem dispensandi tanquam favorabilis extendenda (1). » Or, dit Pirhing, dans un privilège, « quando verba generaliter et indefinite proferuntur ab eo qui aliquid excipere potuit et non excepit, censetur omnia comprehendere voluisse, quæ in lata et propria verborum significatione continentur (2). » C'est le cas de la lettre du 20 Février 1888 : elle donne aux Ordinaires, expressément et d'une manière générale, pouvoir de dispenser *sive per se, sive per personam ecclesiasticam sibi benevisam* : rien ne restreint aux cas particuliers la faculté de subdéléguer; comprenons donc, suivant la règle générale d'interprétation, que les Ordinaires sont autorisés à subdéléguer même *habitualiter*.

Nous avons, du reste, d'autres indults dont le sens bien connu, ou les termes, légitiment cette interprétation. Qu'on

(1) Sanchez, *De sancto matrimonii sacramento*, lib. VIII, Disp. XXIV, n. 9.
(2) In lib. V Decretal. tit. XXXIII, sect. 3, § 1, num. 68.

Digitized by Google

prenne nos indults actuels pour cas urgents : en quels termes permettent-ils à l'Évêque de subdéléguer les Vicaires généraux! « Sacra Pœnitentiaria, *etc.*, et Ven. in Christo Patri Episcopo N... infrascriptas concedit facultates, *quibus sive per se sive per suos vicarios in spiritualibus generales uti possit* in casibus vere urgentibus, *etc.* (1). » Or, la pratique générale n'est-elle pas qu'en vertu de ces termes, l'Évêque n'attend point les cas particuliers qui se présentent, pour subdéléguer ses Vicaires généraux, mais bien plutôt est autorisé à les subdéléguer *habitualiter?* Et maintenant, en quoi les termes de la lettre du 20 Février 1888, en ce qui concerne la subdélégation, diffèrent-ils des expressions de l'indult d'urgence? Si les termes sont les mêmes, le pouvoir accordé doit être le même aussi.

Autre preuve : nous la trouvons dans les changements introduits, pour exprimer le pouvoir de subdéléguer, dans certains indults. Nous avons eu l'occasion de donner, dans la *Nouvelle Revue Théologique*, le texte et un commentaire des indults accordés aux Évêques de France par le Cardinal Caprara pendant sa légation (2); nous avons parlé aussi des premiers indults accordés après le temps de la légation (3); nous avons eu le tort de ne pas continuer cette étude jusqu'à nos jours : si nous avions terminé ce travail, notre démonstration serait facile. Ce n'est pas le lieu de donner des développements : en deux mots, voici ce qui est incontestable. Le plus grand nombre des indults cités dans ces travaux, et les premiers indults dits *du 15 Novembre*, dont nous aurions eu à parler pour terminer notre étude,

(1) Planchard, *Dispenses matrimoniales*, Append., num. v et vi, pag. 277 et 278.

(2) *Nouv. Revue Théol.*, xvii, pag. 255-296; 381-409; 456-482.

(3) *Ibid.*, xviii, pag. 381-420; 624-646.

Digitized by Google

étaient conçus dans les termes suivants, ou en des termes équivalents : « Sacra Pœnitentiaria, *etc.*, Ven. in Christo Patri Episcopo N... sequentes concedit facultates suis Vicariis generalibus communicandas, quibus *sive per se sive per alias idoneas personas ecclesiasticas in singulis casibus deputandas* uti possint.... Dispensandi, *etc.*, » ou encore : « ita ut in iis exercendis *alias personas ecclesiasticas* delegare valeat *in casibus particularibus tantum*, etc. » Actuellement et depuis un certain nombre d'années, l'indult du 15 Novembre porte : « Sacra Pœnitentiaria, *etc.* Venerabili in Christo Patri Episcopo N... infrascriptas facultates ad totum futurum annum N... duraturas concedit cum potestate illas communicandi suis etiam Vicariis in spiritualibus generalibus, *quibus sive per se sive per alias idoneas personas ecclesiasticas uti poterunt*, etc. (1). » Quelle est la différence des deux formules? C'est que la restriction *in singulis casibus deputandas* est supprimée : pourquoi l'est-elle, sinon parce que l'on a voulu donner pouvoir d'accorder une délégation plus ample?

Ceci étant établi, la phrase que nous avions écrite en commentant la lettre du 20 Février 1888, est, nous semble-t-il, pleinement justifiée : les Ordinaires pouvaient subdéléguer toute personne ecclésiastique qu'ils voudraient, et ils pouvaient subdéléguer même *habitualiter*. Il apparait donc clairement maintenant que la lettre du 1er Mars 1889 est une restriction du pouvoir accordé l'année précédente. Tâchons de bien préciser en quoi consiste cette restriction.

(1) Faisons remarquer à cette occasion une inexactitude qui s'est glissée dans la dernière édition de l'ouvrage de Mgr Feije (N. 623, pag. 535). Cet excellent auteur parle de l'indult du 15 Novembre, et il cite, en avertissant qu'il nous l'emprunte, le texte de 1881. C'est à tort qu'il maintient, dans l'incidente *sive per se sive per alias idoneas personas ecclesiasticas*, les deux mots *specialiter deputandas*, retranchés bien avant cette époque.

Digitized by Google

1° Les Ordinaires peuvent-ils encore, comme ils le pouvaient avant le 1er Mars, subdéléguer, dans les cas particuliers, non seulement le Curé, mais une personne ecclésiastique quelconque? Oui, sans aucun doute. Le pouvoir donné par la lettre du 20 Février 1888 est formel : « Sive per personam ecclesiasticam *sibi benevisam*, » dit cette lettre : et la réponse du 1er Mars 1889 ne restreint pas ces termes, et ne s'occupe pas des délégations données pour les cas particuliers. En effet, ce qui a fourni l'occasion de la lettre du 1er Mars 1889, c'est le doute suivant adressé au Saint-Siège : Les Ordinaires peuvent-ils déléguer *d'une manière générale* les Curés et même tous les confesseurs? Et le Saint-Siège répond : Les Curés seuls peuvent être délégués d'une manière habituelle. Ni la question, ni la réponse ne concernent donc les subdélégations dans les cas particuliers ; celles-ci restent permises comme auparavant. Disons qu'elles peuvent être parfois très utiles : un moribond peut avoir, avec un prêtre ou avec les amis de celui-ci, des relations qu'il n'a point avec son curé, et qui faciliteront au premier l'accès auprès du malade et les négociations nécessaires à la concession de la dispense.

2° C'est sur les délégations *habituelles* que porte la restriction, ou plutôt les restrictions : car il en faut distinguer deux.

a) Avant la lettre du 1er Mars dernier, toute personne ecclésiastique pouvait être déléguée *habitualiter* : depuis cette lettre, le Curé seul peut l'être : *Parochos tantum*. Hâtons-nous de dire que nous comprenons cette restriction : à quoi bon déléguer d'une manière habituelle des confesseurs pour une dispense d'empêchement public, qui ne peut pas se donner *pro foro conscientiæ tantum, et de qua constare debet in foro externo?*

b) Avant la lettre du 1er Mars 1889, les Ordinaires pou-

Digitized by Google

vaient déléguer habituellement pour toute dispense qu'ils pouvaient donner eux-mêmes, par conséquent, *pour toute dispense pour laquelle on n'avait pas le temps de recourir au Saint-Siège :* depuis cette lettre, ils ne peuvent déléguer d'une manière habituelle que dans les cas *dans lesquels on n'a pas le temps de recourir à leur autorité, sans danger*. Cette fois encore, nous sommes tout à fait d'avis que cette restriction est sage : les formes nécessaires pour la dispense d'un empêchement public sont assez minutieuses, et il est bien préférable que l'Ordinaire se réserve la concession quand il le peut.

Aussi nous semble-t-il bien comprendre ce qui s'est passé à Rome. Le Saint-Siège avait donné aux Ordinaires un pouvoir tellement large qu'ils ne pouvaient être embarrassés; la question posée lui a ouvert les yeux, et a montré qu'on en pouvait faire un usage peu prudent. Le pouvoir a donc été restreint: ce n'est pas une réponse qui a été faite; c'est un décret, une déclaration qui ont été rendus, et qui ont ramené la concession du 20 Février 1888 à des limites plus étroites, mais plus que suffisantes encore.

II.

Il nous reste à rappeler les précautions qui doivent être prises pour l'usage prudent de ce pouvoir : de longs développements ne sont pas nécessaires sur ce point. Ces précautions peuvent concerner la délégation elle-même à donner par l'Ordinaire; elles regardent surtout la dispense que devra fulminer le prêtre délégué.

En général, vaut-il mieux qu'un Ordinaire attende les cas particuliers pour accorder la dispense lui-même ou pour déléguer, si les circonstances l'exigent, un ecclésiastique qui puisse aborder le malade et traiter l'affaire, ou bien est-il préférable

Digitized by Google

que l'Ordinaire donne une délégation habituelle à tous les Curés de son diocèse ou à quelques-uns d'entre eux?

Nous n'avons pas qualité pour résoudre cette question; et, à vrai dire, elle ne nous parait pas susceptible de recevoir une réponse unique à appliquer dans tous les diocèses. Il appartient aux Ordinaires d'apprécier, suivant l'état de leurs diocèses. Pour ne parler que de notre France, elle compte, grâces à Dieu, des diocèses où la foi et les pratiques religieuses sont en honneur : c'est à peine si on y rencontre, de ci, de là, surtout dans les paroisses de campagne, quelques unions civiles; les concubinages y sont plus rares encore. Il est bien évident qu'en de pareils diocèses, l'Ordinaire ne songera pas même à une délégation habituelle de tous les Curés; et cependant cela ne veut pas dire que, même en ces diocèses, une délégation habituelle ne soit opportune pour le Curé de telle ou telle grande ville, et encore moins qu'il n'y ait pas lieu de déléguer un ecclésiastique en tel ou tel cas spécial. En d'autres diocèses, hélas! les unions civiles sont assez nombreuses et la foi est assez affaiblie pour qu'il faille au moins être muni de pouvoirs à l'heure de la mort, et que des délégations habituelles soient utiles.

Autre question : l'Ordinaire, qui jugerait expédient de donner des délégations habituelles, est-il tenu de donner ces délégations selon toute l'étendue des pouvoirs qu'il a reçus? Incontestablement non; nous nous permettons même d'ajouter qu'en beaucoup de pays, dans notre France en particulier, cela serait peu expédient. Ainsi nous garderions certainement le silence sur certains cas nettement contenus dans la lettre du 20 Février 1888, par exemple, sur la dispense d'un sous-diacre, d'un diacre, d'un religieux de vœux solennels, infidèles à leurs engagements sacrés. Le cas est si rare qu'une délégation habituelle nous semble bien inutile; nous ajouterions même volontiers qu'on ne pourrait guères

Digitized by Google

divulguer à l'avance de semblables pouvoirs sans exciter une surprise profonde, et qu'il y a édification et profit à l'éviter. Mais nous admettons volontiers que, en certains diocèses au moins, où les contrats civils entre parents ou alliés sont assez fréquents, des délégations habituelles, permettant de réhabiliter le mariage à l'article de la mort, peuvent paraître opportunes. Nous disons plus : nous les donnerions aussi amples que possible, par exemple, pour tout degré, simple ou multiple, qui n'annulle pas le mariage de droit naturel, et pour les deux empêchements réunis. Inutile de s'arrêter sur la formule à employer pour une telle délégation : il n'y a, si on veut se borner à l'essentiel, qu'à employer les termes mêmes des lettres du 20 Février 1888 et du 1er Mars 1889, et qu'à préciser les empêchements sur lesquels on donne pouvoir; on peut dire, par exemple :

Auctoritate Apostolica Nobis desuper commissa, facultatem tibi facimus, quoties defuerit tempus ad Nos recurrendi et periculum fuerit in mora, eadem Apostolica expressa auctoritate dispensandi cum parochianis tuis ægrotis et in gravissimo mortis periculo constitutis, qui civiliter tantum sunt conjuncti, aut alias in concubinatu vivunt, super quocumque simplici et mixto consanguinitatis et, etiamsi simul concurrant, affinitatis in linea collaterali gradu, matrimonium jure ecclesiastico dirimente.

Mais ce n'est ni sur l'opportunité de délégations habituelles plus ou moins étendues, ni sur la forme essentielle à donner à ces délégations que nous voulons insister. La première question est entièrement laissée à l'appréciation des Ordinaires; la seconde nous préoccupe très peu : car ce sont les Ordinaires qui délèguent, et ils sont trop habitués aux dispenses pour être embarrassés sur la forme à employer pour assurer la validité de leurs actes. Mais il ne faut pas perdre de vue que les règles à suivre pour dispenser des

Digitized by Google

empêchements publics sont très précises, qu'une nullité est facile à commettre, que les délégués commis pour réhabiliter une union civile *in articulo mortis*, seront forcément assez peu expérimentés; il importe donc de prendre les précautions commandées par la prudence pour ne pas s'exposer à une nullité. Aussi préférons-nous les délégations particulières aux délégations habituelles; et, pour les unes comme pour les autres, nous pensons que l'Ordinaire fera bien de ne pas se borner à ce qui est rigoureusement essentiel, mais devra guider le délégué par des clauses très précises, et même lui préparer la formule dont il usera pour dispenser. Que l'Ordinaire prenne soin d'exprimer lui-même presque tout, et ne laisse au délégué que le travail dont il ne peut se charger : ce sera diminuer les chances de nullité.

Le meilleur moyen nous paraît être d'employer la formule même dont se sert la Pénitencerie pour les rescrits particuliers de dispense. Exemple de délégation pour un cas particulier (1) :

Dilecto in Christo, *etc*, (2).

N... *N*... et *N*... *N*... Nostræ diœcesis, *consanguinei in secundo lineæ collateralis gradu* (3), matrimonium inter se contrahere cupientes, Nos de opportunæ dispensationis gratia deprecati sunt ob *contractum civilem* (4), *prolem natam* (5), et gravissimum mortis periculum, ex quo non suppetit tempus recurrendi ad Sanctam Sedem.

De speciali et expressa Apostolica auctoritate suprascriptos oratores a quibusvis sententiis, censuris et pœnis ecclesiasticis

(1) Tout ce que nous imprimons en italique peut varier, et par conséquent doit être remplacé par des blancs, si l'on a une formule imprimée.

(2) Ici le nom du délégué ou son titre de Curé.

(3) Comme ce blanc se remplira à l'Évêché, l'empêchement et, quand elle est requise, sa provenance seront plus sûrement exprimés que par le délégué.

(4) Ou *concubinatum*, suivant les cas.

(5) A retrancher, s'il n'y a pas d'enfants.

Digitized by Google

tam a jure quam ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati sint, ad effectum præsentis gratiæ dumtaxat consequendæ, hujus rescripti tenore absolventes et absolutos fore censentes (1), Tibi facultatem concedimus cum iisdem oratoribus, si vera sint exposita, prævia (2) eorum absolutione a *censuris pœnisque ecclesiasticis, si quas ob præmissa incurrerunt et ab incestus reatibus* (3), cum respective congrua pœnitentia salutari, necnon reparato, quatenus adsit, scandalo, præsertim per separationem tempore tibi beneviso, si fieri possit (4), super recensito in precibus impedimento ut illo (5) cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice in forma Tridentini, omissis tamen proclamationibus, contrahere et in eo postmodum remanere possint (6), apostolica auctoritate dispensandi, prolem *susceptam et* suscipiendam exinde legitimam nunciando (7).

Datum N... die...

(Signature).

(1) Voir dans les *Dispenses matrimoniales,* num. 316, pag. 138, not. 3, comment De Angelis explique que cette absolution *ad cautelam* n'est pas nécessaire, et dans la *Nouvelle Revue Théologique*, XVII, pag. 261 et seq., pourquoi nous croyons plus sûr de l'insérer.

(2) Nous retranchons les mots *sive per se, sive per aliam personam,* etc.; il est si simple de donner cette absolution par écrit sur la feuille même de dispense : Il ne faut pas compliquer le travail du délégué.

(3) Ou *a præmissis,* suivant les cas.

(4) Ne pas oublier cette clause. Nous avons expliqué ailleurs (*Nouv. Revue Théol.*, XVII, 524, et XIX, pag. 624), qu'on n'en tient pas compte, s'il n'y a pas scandale dans le lieu, par exemple, si on croit les suppliants légitimement mariés. S'il y a scandale, le plus souvent la séparation sera impossible, à cause de l'état du moribond, et des soins à lui donner : on pourvoira à la réparation du scandale par une déclaration de repentir faite devant témoins, ou même simplement en prenant soin de divulguer soi-même leurs bonnes dispositions.

(5) Ou *super recensitis impedimentis,* etc., si les empêchements sont multiples.

(6) Si on veut abréger, on peut dire simplement *super recensitis impedimentis apostolica auctoritate dispensandi,* et donner à part la dispense des publications.

(7) Il ne faut jamais omettre d'exprimer la faculté de légitimer les enfants

Digitized by Google

Au-dessous des signatures de la délégation, l'Ordinaire pourra faire écrire la formule dont le délégué se servira pour accorder la dispense.

Auctoritate Apostolica Nobis ex suprascripto rescripto subdelegata, de veritate expositorum certiorati, remotoque sufficienter scandalo, præfatos oratores N... N... et N... N... ut supra absolvimus, eisque in pœnitentiam injungimus ut... (1); deinde cum eis super enunciato impedimento (*ou* enunciatis impedimentis) eadem auctoritate apostolica dispensamus, prolem susceptam etsuscipiendam exinde legitimam nunciantes.

N... die...

(Signature).

Notre tâche est remplie; nous pensons qu'avec ces précautions, la délégation du pouvoir de dispenser sera sans inconvénients, et que le péril de nullité sera écarté. Bien entendu, le délégué, s'il n'est pas le Curé des contractants, n'omettra jamais de remettre au Curé la feuille de concession de la dispense, et celui-ci pourvoira à la célébration du mariage, et en dressera l'acte sur les registres.

dans les délégations particulières. On supprime d'ailleurs le mot *susceptam*, s'il n'y a pas eu d'enfants.

(1) Le rescrit de délégation prescrit d'imposer *respective congruam pœnitentiam salutarem*. 1° Il ne dit pas *gravem et diuturnam;* la S. Pénitencerie se sert de ces deux mots, et il faut lui obéir, quand la délégation vient d'elle. Mais l'Ordinaire n'est pas tenu de suivre la même règle, parce que la Daterie ne les emploie pas. 2° Le Délégué suivra l'usage du Saint-Siège, et notamment de la S. Pénitencerie, en imposant au moribond *pœnitentiam quam ferre possit*, et au conjoint bien portant une pénitence plus grave. C'est pour indiquer cette différence que nous avons écrit *pœnitentiam respective congruam*.

Digitized by Google

EX S. CONGREGATIONE RITUUM.

DUBIA LITURGICA

ORDINIS MIN. S. FRANCISCI CAPUCCINORUM.

Nous empruntons aux *Analecta Juris Pontificii* (1) le Décret qui porte ce titre, et le *Votum* du Maître des Cérémonies Apostoliques qui l'accompagne et donne la raison des solutions. On peut dire qu'avant tout, ce Décret renferme la solution d'une question importante au point de vue canonique, et que les décisions particulières qui suivent en découlent en grande partie. Il s'agissait de savoir, au point de vue canonique, si les Capucins, par suite de l'humilité et de la pauvreté dont ils font profession, en vertu des approbations Pontificales données à leurs Constitutions, et des coutumes de leur Ordre, pouvaient être regardés comme dispensés d'observer certains Décrets de la Congrégation des Rites en opposition avec ces Constitutions et avec la pauvreté de l'Ordre. On trouvera, dans le *Votum* du Consulteur député par la S. Congrégation, les raisons alléguées pour et contre : la solution a été négative.

De cette question générale dépendaient un certain nombre de questions spéciales, dont le détail suit. Ces questions ont aussi leur importance, parce que nos lecteurs y verront les coutumes particulières que la S. Congrégation n'a pas cru pouvoir approuver, et les permissions qu'elle a données.

Nous commençons par le *Votum* de Mgr Marcucci, qui contient la partie essentielle de la supplique.

(1) Livraison de Janvier 1889.

Digitized by Google

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CAPUCCINORUM.

RESOLUTIONIS DUBIORUM.

Votum Roberti Marcucci Apostolicarum Cæremoniarum Magistri.

Eminentissimi et Reverendissimi Patres,

Cum Fr. Bruno a Vintia, Procurator et Commissarius Generalis Ordinis Minorum Capuccinorum, recognitioni de jure faciendæ exhibuisset Revisoribus Ordinis opus, cui titulus *Manuale liturgicum ad usum Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum,* auctore P. Antonio ab Urbe, nuper defuncto; dissensiones inter nonnullos Ordinis rubricistas ortæ sunt, utrum aliquæ rubricæ, quæ in prædicto Manuali inveniuntur, licitæ vel illicitæ censeri possint.

Verum idem Procurator Generalis, paterna sollicitudine motus, volens hujusmodi quæstioni finem imponere, hanc S. Congregationem adiit, et humiliter EE. VV. totius quæstionis statum exposuit.

QUÆSTIO.

Utrum Fratres Minores Capuccini dispensentur ab illis Decretis S. Congregationis Rituum quæ Constitutionibus Ordinis contradicunt, vel pauperrimæ ipsorum professioni derogare videantur?

In supplici libello hæ ad rem subjiciuntur rationes a præfatis rubricistis, hinc inde, in medium prolatæ.

Qui dispensationis sententiam sustinent, forsan pauciores, adducunt pro ratione 1° Ordinis consuetudinem, 2° Humilitatem in sacris cæremoniis quæ apud ipsos fieri solent, ac præcipue, 3° Constitutiones Ordinis Minorum Capuccinorum quæ ab Apostolica Sede (a Paulo V et ab Urbano VIII) (1) approbatæ sunt;

(1) Nous ne connaissons pas la Bulle de Paul V; mais les Const. *Ex injuncto,* du 24 Mars 1638, et *Sacrosanctum Apostolatus Officium,* du 19 Juin 1643, se trouvent dans le Bullaire des Capucins, tom. I, pag. 96 et 100 *(Note de la Rédaction).*

Digitized by Google

unde sequitur quod decreta S. Congreg. Rituum quæ iis Constitutionibus adversantur, Capuccinos non obligent *(Sum.)*. Quæ quidem sententia patronum etiam habet auctorem Manualis de quo agitur.

Negantes autem dispensationis existentiam, consultius ita ratiocinantur : « Consuetudines, Decretis S. C. Rituum contrarias, omnino reprobandas esse (S. R. C. 11 Sept. 1847, etc.), etiamsi in antiquis libris consuetudinariis inveniantur (S. R. C. 14 Sept. 1857 ad XIX), et argumentum ab approbatione Constitutionum desumptum, nullo modo Capuccinos eximere a Decretis liturgicis posterioribus Decreto approbationis per Urbanum VIII. » *(Sum.)*. Hinc prælaudatus Generalis Procurator, de pleno Definitorum Generalium voto, Eminentiarum Vestrarum judicio sequentia dubia enodanda proponit.

« I. Utrum verbo aut scripto sustineri possit sententia eximens Fratres Minores Capuccinos ab obligatione observandi illa Decreta S. Congr. Rituum, quæ Constitutionibus Ordinis in aliquo adversantur, et hoc quia dictæ Constitutiones approbatæ fuerint ab Apostolica Sede?

» II. Et quatenus « negative, » utrum opinionis falsitas necessario notari debeat in textu auctorum talem dispensativam seu eximentem sententiam forsitan propugnantium?

» III. Utrum Capuccini licite possint incensationes Altaris perficere in Missis Conventualibus, vel aliis, quæ sine ministris paratis et sine cantu celebrantur?

» IV. Utrum, dato quod aliquando Missa cantetur cum Diacono et Subdiacono, isti possint esse simpliciter parati cum alba, cingulo, stola et manipulo *respective*, absque dalmatica et tunica, item *respective?*

» V. Utrum retineri possit usus Missam cantandi modo quasi-psalmodico, seu semi-tonato, vel potius requiratur, ut adhibeatur cantus Gregorianus?

» VI. Utrum tolerari possit consuetudo, aliquibus in locis vigens, quod scilicet in Missa Conventuali acolythus, seu minister, cotta non sit indutus?

Digitized by Google

« VII. Utrum Missæ Conventuales sine cantu et sine diacono et subdiacono celebratæ considerari possint veluti solemnes, sive quoad collectas, sive quoad preces in fine Missæ ex mandato SS. D. N. Leonis Papæ XIII recitandas, sive quod numerum cereorum in Altari accensorum?

« VIII. Utrum, diebus Dominicis, Sacerdos, Missam Conventualem celebraturus, possit ad altare accedere absque casula seu planeta ad aspersionem faciendam, assumpta postea in cornu Evangelii planeta; vel debeat necessario ad Sacristiam reverti ad planetam induendam?

« IX. Auctor Manualis, de quo agitur, asserit, quod quando apud Capuccinos ad impertiendam benedictionem, cum SS. Sacramento, « *loco albæ,* adhibeatur *superpelliceum,* semper tamen indui debet et *amictus* (uti in quacumque functione in qua a Nostratibus pluviale adhibeatur), nedum ad tegendum et detegendum caput, sed præsertim *ne superior extremitas Caputii summitatem pluvialis excedat, quod esset prorsus indecens.* » Quid dicendum de hac auctoris sententia?

« X. An in consueta Missa et processione Feriæ v Majoris Hebdomadæ, celebranti assistere possit Diaconus tantum alba et stola indutus, absque Subdiacono, ipseque non tota durante Missa?

« XI. Utrum cereus paschalis accendi possit in nostris ecclesiis tempore Missæ Conventualis dierum non festivorum?

« XII. Utrum tolerari possit quod Sacerdos *cotta et stola,* vel *alba, cingulo et stola tantum indutus,* peragat expositionem et repositionem SS. Sacramenti, ex. g. in oratione XL Horarum; aut populum cum ostensorio benedicat; vel SS. Sacramentum in processionibus SS. Corporis Christi portet; an potius *teneatur ad usum pluvialis* in omnibus cæremoniis in quibus cæteri Sacerdotes haud Capuccini pluviale portare debent?

« XIII. Utrum Ciboria seu Tabernacula ubi SS. Sacramentum asservatur, possint exterius esse ex nudo ligno rudi colore depicto, vel potius debeant deaurari aut pretiosius depingi, quam cæteræ Altaris partes?

Digitized by Google

» XIV. Utrum tolerari possint thecæ SS. Reliquiarum ad modum ostensorioli *ex simplici et nudo ligno confectæ*, vel debeant e contra pictura pretiosius ornari?

» XV. Utrum licite fieri possint privatim aliquæ minores Benedictiones Ritualis Romani cum sola stola absque superpelliceo?

» XVI. Utrum Capuccini teneantur ad observantiam Decretorum, præcipue 18 Decembris 1877, et 28 Julii 1881, circa materiam paramentorum?

» Et quatenus affirmative, utrum licite uti possint paramentis ex gossypio, lino aut lana *bona fide* confectis, post istius materiæ prohibitionem?

» XVII. An Capuccini possint ad libitum, et in una eademque Ecclesia, sacras functiones peragere, nunc juxta præscriptiones ordinarias Romani Missalis, etc., nunc utendo Memoriali Rituum a Benedicto XIII pro parvis Ecclesiis edito?

» Denique Exponens a EE. VV. humiliter postulat ut saltem pro gratia, Ordini Minorum Capuccinorum benigne concedatur usus incensi in Missis aliqua pompa seu solemnitate recitatis, cum indicatione acolythorum ad hoc requisitorum, et ornamentorum *bona fide contra Decreta novissima hucusque confectorum*, et alia quæ Apostolica Sedes concedenda judicaverit, ut certa et tutissima habeatur norma in præcipuis sacris ritibus ab universo Ordine sequenda. »

Commissum mihi minus, hac prima vice redigendi votum supra hujusmodi quæstione, id ea qua possum diligentia exequar.

Antequam ad singula dubia solvenda deveniam, nonnulla præmittenda operæ prætium existimo.

Liturgia sacra, ex sua natura, est veluti expressio et professio dogmatis et doctrinæ fidei; hinc omnes ritus et cæremoniæ a juridica auctoritate præscriptæ, a quibusvis personis diligenter observari debent.

Unitas enim, quæ nota veræ Ecclesiæ est, in ritibus quoque et cæremoniis appareat, necesse est.

Jamvero juridica illa auctoritas, profecto hæc S. Rituum Congregatio est, cujus Decreta, si tamen necessarias habeant

Digitized by Google

conditiones, habentur pro Apostolicis Constitutionibus, ac per consequens faciunt jus commune, ad quod omnes ubique locorum adstringuntur. Nam Sixtus V tribuit hujusmodi Amplissimo Vestro Cœtui jurisdictionem universalem circa res liturgicas; qui autem tali jurisdictione potitur, legem universalem edicit hoc ipso, quod aliquid universaliter observandum præcipiat.

Immo S. R. C., in dec. 23 Maii 1846 a Sum. Pont. Gregorio XVI approbato, rescripsit, quod « Decreta a S. C. emanata, et responsiones quæcumque ab ipsa, propositis dubiis, scripto formaliter editæ, eamdem habeant auctoritatem, ac si immediate ab ipso Summo Pontifice promanarent, quamvis nulla facta fuerit de iisdem relatio Sanctitati Suæ. »

Ergo omnia Decreta generalia S. Vestræ Congregationis pro veris legibus conscientiam obligantibus omnino sunt habenda. Quod cæteroquin declaravit ipsa Congregatio die 11 Sept. 1847, in ANGELOPOLITANA (1).

His præmissis, tempus est ut gravissimam primam quæstionem, a qua omnes aliæ dependent, propius attingam.

THESIS.

Utrum Fratres Minores Capuccini dispensentur ab illis Decretis S. R. C. quæ Constitutionibus Ordinis contradicunt vel pauperrimæ ipsorum professioni derogare videantur?

Cohærenter ad ea quæ superius præmonui, jam apparet exemptionem ab observantia illorum Decretorum hujus S. Congregationis, ut in casu, admitti non posse.

Et re sane vera, exemptionem ex triplici capite fautores demonstrare possent : scilicet ex *Ordinis consuetudinibus*, ex *Constitutionum approbatione* et ex *paupertatis professione*.

Jamvero nullum ex his suffragari videtur.

1. Non suffragatur *Ordinis consuetudo*, siquidem ex Cære-

(1) An Decreta Sacrorum Rituum, dum eduntur, derogent cuicumque contrariæ consuetudini etiam immemorabili, et in casu affirmativo, obligent etiam quoad conscientiam? — Resp. *Affirmative, sed recurrendum in particulari.*

Digitized by Google

moniali Episcoporum tantummodo laudabiles consuetudines approbandæ sunt, utpote rubricis conformes. Porro cum consuetudines, de quibus aliqui ex rubricistis Capuccinorum loquuntur, contra legem sint, nec rubricis conformes, et abrumpant nervum Ecclesiasticæ Liturgiæ, adprobari non debent.

Hoc idem luce meridiana clarius apparet ex hujus Amplissimi Vestri Cœtus Decretis; e. g. 23 Maii 1603, 3 Aug. 1839 et ex sup. cit. 11 Sept. 1847. Insuper die 12 Feb. 1733 Clemens XII abrogavit indulta omnia haud specialibus litteris concessa.

Item Innocentius XIII jubet, Episcopos invigilare etiam in Regulares circa observantiam rubricæ Ritualis Romani, Missalis et Breviarii : aiebat enim sub die 23 Maii 1723 : « Episcopi abusus omnes, qui in Ecclesiis aut sæcularibus aut regularibus contra præscripta Cæremonialis Episcoporum et Ritualis Romani, vel Rubricas Missalis et Breviarii irrepserint, studeant omnino removere. »

Hinc non erit abs re animadvertere, PP. Capuccinos, exemptione posita, non modo a norma communi deflectere, sed posse etiam inducere, ordinare et dirigere in propria ecclesia aliquam liturgiæ partem independenter ab hac Sancta Congregatione, quod non foret tolerandum.

Quod si Episcopi non possunt esse judices ad declaranda dubia super sacris ritibus et cæremoniis exorta (S. R. C. 11 Junii 1605), multo minus Superiores Regulares.

2. Non juvat *Constitutionum Ordinis adprobatio*. Etenim Constitutiones Ordinis afficiunt disciplinam internam ipsius Ordinis potiusquam liturgicam, et prædicta approbatio extendi non debet ad ea, quæ Romani Pontifices non essent verosimiliter in specie concessuri, quæque de facto non concesserunt.

Insuper decretum particulare approbans Constitutiones Ordinis Capuccinorum, clare non dicit de exemptionis privilegio a quibusdam Decretis S. hujus Congregationis.

Jamvero, ex doctrina Canonica descendit, decretum particulare cum clare non exprimat concessionem contra dispositiones generales, hæ non intelliguntur derogatæ per decretum particulare.

Digitized by Google

Utique, per speciem derogatur generi, si tamen clare constet de eadem specie, quod in casu non apparet.

Quodsi ex Constitutionum probatione erui posset exemptio aliqua a communi norma deflectens, profecto esset privilegium.

Verum quæ sunt exemptionis seu privilegii contra jus commune, rigidam semper interpretationem requirunt. *Ferraris*, V° *Privileg*.

Ergo etiamsi, aliquo lato sensu, interpretari posset exemptio in favorem PP. Capuccinorum, hæc ad summum intelligenda esset, *de iis quæ salva ritus substantia*, vel circa modum versantur, vel quamdam congruentiam important, nullamque *præseferunt difformitatem*, si diversimode fiant, vel omittantur; secus de iis quæ ad cultus substantiam spectant.

3. Ulterius non valet *ratio paupertatis professionis*.

Paupertas enim respicit principaliter bona extrinseca et potissimum dominium, vel etiam usum ipsum divitiarum, non vero ea quæ ritus attingunt. Eo vel maxime, quod, ut omnibus notum est, paupertatis votum excludit *superfluum*, *curiosum* et *pretiosum*, non vero sacra indumenta simpliciter serica, et multo minus ritus et cæremonias in sacris functionibus peragendis, quod redundaret in dedecus Ecclesiæ nostræ.

Quapropter PP. Capuccini, vi suarum Constitutionum, valedicunt sacris indumentis ornatis, pretiosis et similibus utensilibus, quamvis ex eisdem Constitutionibus, eis non interdicatur usus Pyxidis aut Calicis aureorum, uti videbimus.

4. Præterea PP. Capuccini, utpote ritu Romano puro utentes, habent proprium Missale Romanum, jussu Eminentissimi ac Reverendissimi Patris Ludovici Cardinalis Micara, totius Ordinis Ministri Generalis, editum, in quo inveniuntur eædem rubricæ ac sunt in Missali Romano ad usum Cleri sæcularis.

Jamvero ex supracitatis dubiis saltem quatuor, idest III, IV, X et XII non modo contradicunt Decretis S. hujus Congregationis, sed etiam rubricis Missalis.

At ex eadem Congregatione, die 19 Aug. 1651, habemus : *A Regularibus qui utuntur Missali Romano, nihil addi, minui et*

Digitized by Google

immutari posse, sed omnia in eodem Missali et Cæremoniali præscripta ad unguem servari debere. Nec prætereundum, quod in præcitato Missali inveniuntur etiam rubricæ Ordinis Capuccinorum propriæ, quæ tamen nullum verbum habent, nedum de *exemptione,* sed nec etiam de cæremoniis particularibus, seu consuetudinariis, de quibus in superscriptis dubiis sermo est.

Omnia vero et singula quæ in illis Ordinis rubricis præscribuntur, fulcimentum habent in Decretis particularibus hujus S. Congregationis, quæ semper allegantur.

5. Quid plura? Constitutiones ipsæ, pluries citatæ, aliud argumentum contra exemptionem illam suppeditare videntur. Præstat hic textualia verba Constitutionum referre.

Capite tertio hæc habentur : « Si è determinato che i Frati in un medesimo stendardo uniti in ispirito, e chiamati ad un fine, osservino i *medesimi riti quanto al Missale, Breviario e Calendario che osserva ed usa la S. Madre Chiesa...* E poichè da tutto il Capitolo Generale è stato approvato l' uso del Rituale nuovamente composto ed aggiunto, si pregano e si esortano tutti i Provinciali e Guardiani della nostra Religione ad insistere nell' osservanza di quello con ogni possibile diligenza, *quando però sia rivisto ed approvato dalla S. Sede Apostolica.* »

Et hic notatu dignum est, P. Joannem de Noto Rituale hoc confecisse, quod tamen *suppressum declaratum fuit a S. Congr. Indicis* die 13 Julii 1627.

Hæc reprobatio satis aperte indicat S. Sedem non intellexisse derogare legibus generalibus, decreto illo particulari Constitutiones approbante.

Item capite sexto hæc leguntur : « Si abbiano comunemente due calici non la coppa d'argento,... e non vi sieno più calici o paramenti di quello che richiede la necessità dei luoghi. Nei paramenti o panni dell' Altare non si usi oro o argento, nè altre curiosità secondo la Clementina... Epperò proibiamo la ricezione di qualsivoglia cosa d'oro e d'argento, di velluto, o di seta, *eccetto i calici, le bussole del SS. Sacramento, e i tabernacoli e* Veli *da tenere sopra i tabernacoli e calici.* »

Digitized by Google

Prouti videtis, EE. PP., Constitutiones Capuccinorum reprobant aurum, argentum et sericum in sacris utensilibus, exceptis tamen casibus in quibus rubricæ Missalis aurum, argentum et sericum requirunt.

Sed dices, curnam Constitutiones istæ dum permittunt rerum sericarum receptionem pro Calicis velo, non idem dicunt de reliquis indumentorum partibus? Duplex assignari potest ratio. Prima, quia juxta Missalis rubricam (P. II, T. I, n. 1), velum Calicis totum sericum esse debet, dum non prohibentur paramenta ex lino vel gossypio, cui fila serica superimponantur.

Secunda, quia S. hæc Congregatio, tempore approbationis Constitutionum PP. Capuccinorum, adhuc non interdixerat usum indumentorum sacrorum ex puro gossypio, uti nostris diebus fecit.

Cæterum, sericum tunc temporis vere aliquid pretiosum erat, quod in præsenti æstimari vix potest.

Hoc unum tamen, ut verum fatear, reperitur in capite III dictarum Constitutionum, quod oppositum videtur Decretis hujus S. Congregationis, nec non Missalis rubricæ : « Quando si dà l'incenso, serva alla Messa un Chierico. » Hoc vero, ut clare patet, interpretationem potest habere rubricis conformem.

Concluendum igitur videtur, Capuccinorum Constitutiones Decretis S. hujus Congregationis et Missalis rubricis aperte favere. Idcirco praxis decretis rubricisque contraria, censenda est etiam contraria ipsis Constitutionibus PP. Capuccinorum.

Ex huc usque dictis, haud ambigo inferri posse, PP. Capuccinos teneri ad omnia et singula Decreta generalia S. hujus Congregationis.

Nunc autem præpositis dubiis, singillatim satisfaciam.

Ad 1. Negative.

Ad 2. Affirmative.

Ad 3. Negative. Habet enim contra Missalis rubricam, nec non Decreta hujus Congregationis, scilicet 18 Dec. 1779, 19 Aug. 1651, 18 Mart. 1874.

Ad 4. Observentur Missalis rubricæ.

Digitized by Google

Ad 5. Quoad primam partem, permitti potest, dummodo cantus quasi-psalmodicus, seu recitativus, retineat gravitatem, quam exigit sacrorum rituum majestas. Quoad secundam, jam provisum.

Ad 6. Negative. Sacra hæc Congregatio in Decreto diei 7 Sept. 1861, sequentia habet : *Inservientem Missæ Conventuali esse debere clericum cum cotta.*

Ad 7. Affirmative.

Ad 8. Sacerdos celebraturus exeat e Sacrario alba, cingulo, stola et pluviali coloris Missæ convenientis indutus. Aspersione absoluta, recedit ad cornu Epistolæ prope scamnum, ibique pluviali se exuit, et manipulum casulamque ad Missam celebrandam accipit.

Ad 9. Sustinenda est, nam consonat cum Decreto die 19 Nov. 1639.

Ad 10. Negative.

Ad 11. Negative, nisi aliter ferat consuetudo; nunquam, cum in Missis adhibetur color violaceus, et multo minus in Missis de Requie.

Ad 12. Si agatur de sola expositione SS. Sacramenti, sufficit ut Sacerdos cotta et stola sit indutus, numquam cum alba, cingulo et stola tantum. Relate autem ad expositionem XL horarum, observetur in Urbe Instructio Clementina, extra Urbem laudandi qui se illi conformare student (S. H. C. 12 Julii 1749). *Et hæc praxis invenitur quoque in rubricis particularibus Missalis Ordinis Capuccinorum.*

In processionibus et benedictione cum SS. impertienda (in Ostensorio) omnino requiritur, ut Celebrans pluviale et velum induatur; sicuti cautum est in Decretis 7 Maii 1857 et 22 Junii 1874.

Ad 13. PP. Capuccini retinere possunt Tabernaculum ligneum affabre elaboratum ex concessione S. C. Ep. et Reg. 18 Jul. 1649. Tamen decet illud esse ex ligno non vulgari, vel exterius aliquo colore pulchre depictum.

Ad 14. Cum non agatur de re quæ cultus substantiam afficiat,

Digitized by Google

nec realem importet difformitatem, responderi posset : pro gratia *affirmative* quoad primam partem.

Ad 15. Servetur Rituale.

Ad 16. Affirmative ; indulgeri autem posset usus paramentorum ex prohibita materia jam confectorum, *usque dum consumentur*.

Ad 17. Si ecclesiæ sufficiens Clerus suppetat, peragant functiones juxta Missal. Rom.

Si tres aut quatuor clericos tantum habeant, utantur Memoriali Rituum Benedicti XIII.

Si autem et hoc clericorum numero destituantur, petant facultatem juxta Decretum S. H. C. diei 16 Mart. 1876.

Denique relate ad ultimum postulatum, quoad primam partem, satius esset ut Missalis rubricæ adimplerentur, maxime respectu habito ad Decreta superius citata (Ad 3). Si tamen EE. VV. bene visum fuerit indulgeri petitioni, hisce conditionibus arbitror incensationem Altaris posse permitti : primo, ut Celebranti adsistat, tamquam cæremoniarius, minister in sacris, cotta indutus, et duo acolythi Missæ inserviant; secundo, ut Celebrans incensationem non recipiat.

Quoad secundam partem, provisum in resolutione dub. XVI.

Et ita salvo meliore judicio.

ROBERTUS MARCUCCI,
Cærem. Apost. Magist.

DÉCISION.

Voici maintenant le décret de la S. Congrégation.

Occasione edendi opus, cui titulus *Manuale liturgicum ad usum Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum*, nonnullæ quæstiones obortæ sunt inter ejusdem Ordinis rubricistas quoad peculiares ritus seu rubricas in eodem opere contentas. Ad ejusmodi porro quæstiones penitus dirimendas, Reverendissimus Pater Fr. Bruno a Vintia, Procurator et Commissarius

Digitized by Google

Generalis Ordinis ipsius, sui muneris esse duxit insequentia dubia Sacræ Rituum Congregationi declaranda proponere, videlicet :

Dubium I. Utrum verbo aut scripto sustineri possit sententia eximens Fratres Capuccinos ab obligatione observandi illa Decreta S. Rituum Congregationis, quæ Constitutionibus Ordinis in aliquo adversantur, et hoc quia dictæ Constitutiones approbatæ fuerint ab Apostolica Sede?

Dubium II. Et quatenus negative : Utrum opinionis falsitas necessario notari debeat in textu auctorum talem sententiam forsitan propugnantium?

Dubium III. Utrum Capuccini licite possint incensationes Altaris perficere in Missis Conventualibus, vel aliis quæ sine Ministris paratis et sine cantu celebrantur?

Dubium IV. Utrum, dato quod aliquando Missa cantetur cum Diacono et Subdiacono, isti possint esse simpliciter parati cum alba, cingulo, stola et manipulo *respective*, absque dalmatica et tunica, item *respective?*

Dubium V. Utrum tolerari possit usus Missam cantandi modo quasi psalmodico, seu semi-tonato?

Dubium VI. Utrum tolerari possit consuetudo, aliquibus in locis vigens, quod scilicet in Missa Conventuali acolythus, seu minister, cotta non sit indutus?

Dubium VII. Utrum Missæ Conventuales sine cantu considerari possint veluti solemnes, sive quoad collectas, sive quoad preces in fine Missæ ex mandato Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papæ XIII recitandas, sive quoad numerum cereorum in Altari accensorum?

Dubium VIII. Utrum diebus Dominicis Sacerdos, Missam Conventualem celebraturus, possit ad Altare accedere absque casula, seu planeta, ad aspersionem faciendam, assumpta postea planeta in cornu Epistolæ?

Dubium IX. Auctor Manualis, de quo agitur, asserit, quod quando apud Capuccinos ad impertiendam benedictionem cum Sanctissimo Sacramento « loco albæ » adhibeatur *superpelliceum*, semper tamen indui debet et amictus (uti in quacumque

Digitized by Google

alia functione, in qua a Nostratibus pluviale adhibeatur) nedum ad tegendum et detegendum caput, sed præsertim ne superior extremitas caputii summitatem pluvialis excedat, quod esset prorsus indecens. Quid dicendum de hac Auctoris sententia?

Dubium X. An in consueta Missa et processione Feriæ v Majoris Hebdomadæ, celebranti assistere possit Diaconus tantum alba et stola indutus, absque Subdiacono, ipseque non tota durante Missa?

Dubium XI. Utrum cereus paschalis accendi possit in nostris Ecclesiis tempore Missæ Conventualis dierum non festivorum?

Dubium XII. Utrum tolerari possit quod Sacerdos *cotta et stola*, vel *alba, cingulo et stola tantum* indutus, peragat expositionem et repositionem Sanctissimi Sacramenti : aut populo cum ostensorio benedicat : vel Sanctissimum Sacramentum in processionibus Sanctissimi Corporis Christi portet; an potius teneatur ad usum pluvialis in omnibus cæremoniis, in quibus cæteri Sacerdotes haud Capuccini pluviale portare debent?

Dubium XIII. Utrum Ciboria seu Tabernacula, ubi Sanctissimum Sacramentum asservatur, possint exterius esse ex nudo ligno rudi colore depicto, vel potius debeant deaurari, aut pretiosius depingi, quam cæteræ Altaris partes?

Dubium XIV. Utrum tolerari possint thecæ Sacrarum Reliquiarum ad modum ostensorioli ex simplici et nudo ligno confectæ?

Dubium XV. Utrum licite fieri possint privatim aliquæ minores benedictiones Ritualis Romani cum sola stola absque superpelliceo?

Dubium XVI. Utrum Capuccini teneantur ad observantiam Decretorum præsertim 18 Decembris 1877 et 28 Julii 1881, circa materiam paramentorum?

Et quatenus affirmative, Utrum licite uti possint paramentis ex gossypio, lino aut lana *bona fide* confectis, post istius materiæ prohibitionem?

Dubium XVII. An Capuccini possint ad libitum et in una eademque Ecclesia sacras functiones peragere, nunc juxta præscriptiones ordinarias Missalis Romani, etc., nunc utendo Memo-

Digitized by Google

riali Rituum a Benedicto XIII pro parvis Ecclesiis edito?

Hæc vero Dubia, super quibus alter ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris suum protulit votum typis editum, quum Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Raphael Monaco La Valletta exposuerit in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis infrascripta die ad Vaticanum habitis, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, omnibus accurate perpensis, sic rescribere rati sunt :

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative, data opportunitate.*

Ad III. *Negative ; ex gratia tamen permitti in Missis aliqua majori solemnitate celebrari solitis.*

Ad IV. *Observentur Missalis Rubricæ.*

Ad V. *Retineri posse.*

Ad VI. *Negative.*

Ad VII. *Affirmative.*

Ad VIII. *Affirmative, si adsit pluviale, et completa aspersione, vertat se ad cornu Epistolæ, ibique sumat manipulum et casulam pro Missa celebranda.*

Ad IX. *Esse sustinendam.*

Ad X. *Negative : et deficiente Clero, sacram functionem peragi posse juxta Memoriale Rituum jussu Benedicti Papæ XIII editum.*

Ad XI. *Negative, nisi aliter ferat consuetudo.*

Ad XII. *Si agatur de expositione et repositione Sanctissimi Sacramenti, sufficit ut Sacerdos cotta et stola sit indutus ; nunquam cum alba, cingulo et stola tantum. In Processionibus et benedictione cum Sanctissimo Sacramento in Ostensorio impertienda, omnino requiritur ut celebrans pluviale et velum humerale induat, sicuti cautum est decretis 17 Maii 1857, et 22 Junii 1874.*

Ad XIII. *PP. Capuccini retinere possunt Tabernaculum ligneum affabre elaboratum ex concessione S. C. Episcoporum et Regularium 13 Julii 1649.*

Ad XIV. *Affirmative.*

Digitized by Google

Ad XV. *Servetur Rituale.*

Ad XVI. *Affirmative; facta vero venia utendi hujusmodi paramentis jam existentibus, donec consumentur.*

Ad XVII. *Si Ecclesiæ sufficiens Clerus suppetat, peragant functiones juxta Missale Romanum; si tres aut quatuor clericos tantum habeant, utantur memoriali Rituum Benedicti XIII.*

Atque ita rescripsit, declaravit, et servari mandavit die 17 Decembris 1888.

A. CARD. BIANCHI, S. R. C. PRÆF.

LAURENTIUS SALVATI, *S. R. C. Secret.*

Digitized by Google

EX S. CONGREGATIONE RITUUM.

DECRETUM.

URBIS ET ORBIS.

Altero nunc elabente sæculo, ex quo Redemptoris nostri præcipua caritatis beneficia, sub Ipsius Sacratissimi Cordis Symbolo, cultu peculiari, mirifice in dies adaucto, a fidelibus recoli cœpta sunt, enixas iteratasque preces Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII quamplurimi sacrorum Antistites, cleri etiam ac populi vota depromentes, undique porrexerunt, ut Festum SSmi Cordis Jesu, a fe. re. Pio Papa IX sub ritu Duplici majori universæ Ecclesiæ præscriptum (Decr. S. R. C. 23 Augusti 1856, *Ex quo*), deinceps ad ritum Duplicis primæ classis, citra obligationem festivi præcepti, elevare dignaretur.

Porro Beatissimus Pater, cui nihil potius est quam ut Fideles *crescant in gratia et cognitione Domini Jesu Christi*, Ipsiusque *sciant supereminentem scientiæ caritatem*, hujusmodi supplicia vota libentissime excepit : eo præcipuæ animum Suum intendens, ut gliscentibus impietatis conatibus, Fideles in hac saluberrima devotione perfugium et munimen inveniant, et vehementiori erga amantissimum Redemptorem amore inflammati, digna Ei laudis et placationis obsequia persolvant, simulque pro Fidei incremento et Christiani populi pace atque incolumitate divinas miserationes ferventius implorent. Hisce permotus Beatissimus ipse Pater, Sacrorum Rituum Congregationis audito consilio, de speciali gratia et privilegio, decernendum censuit :

Nulla facta immutatione relate ad eos, qui amplioribus ex Apostolicæ Sedis Indulto gaudent privilegiis, Festum Sacratissimi Cordis Jesu ritu DUPLICIS PRIMÆ CLASSIS sine Octava in universa Ecclesia amodo celebretur; absque præcepto audiendi Sacrum, et a servilibus operibus abstinendi.

Digitized by Google

Idem Festum feria VI post Octavam Corporis Christi, tamquam in sede propria, recolatur; et nonnisi Solemnitatibus ritus Duplicis primæ classis universalis Ecclesiæ, nempe Nativitatis S. Joannis Baptistæ, ac SS. Apostolorum Petri et Pauli, nec non festis particularibus ejusdem ritus, ceu Dedicationis, ac Titularis Ecclesiæ, locique Patroni, quando hæc sub duplici præcepto fiant, locum cedat : quibus in casibus, die immediate ea Festa insequenti, in sede propria, reponatur.

In concurrentia Festi SSmi Cordis Jesu cum die octava Corporis Christi, Vesperæ integræ fiant de eadem Octava, sine ulla Commemoratione, attenta indole peculiari utriusque Festi. Quoad concurrentiam vero cum Duplicibus primæ classis, ambæ Vesperæ ordinentur ad tramitem rubricarum et decretorum Sacræ Rituum Congregationis.

Insuper ad Fidelium pietatem erga Sacratissimum Cor Jesu impensius fovendam, Sanctissimus Dominus Noster libens ultro concessit, ut in cunctis Ecclesiis et Oratoriis, in quibus die festo, sive proprio sive translato, ipsius Sacri Cordis Jesu, coram Sanctissima Eucharistia persolventur divina Officia; clerus et populus, qui hisce Officiis intererit, easdem lucretur Indulgentias, quas Fidelibus, divinis officiis per octiduum Corporis Christi adsistentibus, Summi Pontifices elargiti sunt.

In iis vero Ecclesiis et Oratoriis, ubi feria VI, quæ prima unoquoque in mense occurrit, peculiaria exercitia pietatis in honorem Divini Cordis, approbante loci Ordinario, mane peragentur; Beatissimus Pater indulsit, ut hisce exercitiis addi valeat Missa votiva de Sacro Corde Jesu; dummodo in illam diem non incidat aliquod Festum Domini, aut Duplex primæ classis, vel Feria, Vigilia, Octava ex privilegiatis : de cetero servatis rubricis.

Voluit demum Sanctitas Sua, ut super hoc Decreto expediantur Litteræ Apostolicæ in forma Brevis.

Die XXVIII Junii, festo SSmi Cordis Jesu, anno MDCCCLXXXIX.

CAROLUS CARD. LAURENZI, S. R. C. PRÆFECTUS.

VINCENTIUS NUSSI, *S. R. C. Secretarius.*

Digitized by Google

COMMENTAIRE SUR LA CONSTITUTION *APOSTOLICÆ SEDIS* DE PIE IX (1).

SUSPENSES *LATÆ SENTENTIÆ* CONTENUES DANS LE CONCILE DE TRENTE.

§ III.

SOMMAIRE. I. Texte du Concile. — II. Division du paragraphe. — III. Peines fulminées. — IV. ... Contre l'Évêque. — V. ... Contre le sujet ordonné ou tonsuré. — VI. Il peut encourir plusieurs fois la même peine. — VII. Durée de cette peine. — VIII. Sont frappés les Évêques Titulaires. — IX. Peu importe le lieu de leur résidence. — X. Et les sujets ordonnés ou tonsurés. — XI. Conditions nécessaires pour que l'Évêque encoure la suspense. — XII. Peut-il conférer les ordres à son familier dépourvu de tout autre titre? Opinion affirmative. — XIII. Sentiment négatif, prouvé par le Concile de Trente. — XIV. ... Par la Bulle de Pie IV. — XV. ... Et d'Innocent XII. — XVI. L'Évêque doit agir sciemment ou présomptueusement. — XVII. Conditions requises pour que le sujet ordonné encoure la peine. — XVIII. *Quid*, si l'Évêque ordonne un sujet de son Évêché *in partibus infidelium?*

(1) V. tom. II, pag. 73, 428 (435), 453 (460), 607 (617) et 645 (656); tom. III, pag. 97, 154, 235, 345, 453 et 581; tom. IV, pag. 5, 128, 237, 354 et 467; tom. VI, pag. 117 (111) et 229 (221); tom. VII, pag. 249 (236) et 604 (580); tom. VIII, pag. 587 (550); tom. IX, pag. 33 (32), 168 (166), 242 (240), 353 (351), 471 (472) et 608 (610); tom. X, pag. 177 (168), 287 (270), 419 (396). 511 (483) et 618 (587); tom. XI, pag. 46 (47), 307 (304), 373 (370) et 476 (470); tom. XII, pag. 10, 290 (264) et 385 (349); tom. XV, pag. 552; tom. XVII, pag. 32, 162, 483 et 626; tom. XVIII, pag. 268; tom. XXI, pag. 268.

Digitized by Google

I. Voici le texte du Concile :

Nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur, etiamsi in loco nullius diœcesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis Ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis, continuæ commensalitatis suæ, absque sui proprii Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis, ad aliquos sacros aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere seu ordinare valeat; contra faciens ab exercitio Pontificalium per annum; taliter vero promotus ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi (1).

II. Nous verrons, dans ce paragraphe, 1° quelles peines sont fulminées dans ce passage du Concile; 2° quelles personnes y sont soumises, et 3° quelles conditions sont nécessaires pour les encourir.

III. 1° *Peines fulminées dans l'article*. Elles sont au nombre de deux : l'une frappe l'Évêque ordonnant; l'autre, le sujet ordonné.

IV. A) La première prive l'Évêque de l'exercice des Pontificaux pendant un an. Ayant déjà eu l'occasion d'expliquer semblable suspense, nous nous bornerons à renvoyer nos lecteurs à nos explications précédentes (2).

V. B) La seconde suspense prive le sujet ordonné des ordres indûment reçus : *ab executione ordinum sic susceptorum* (3). Il peut donc licitement exercer les ordres qu'il

(1) Sess. XIV, cap. 2, *De reformatione*. Pie IV confirma et déclara cet article par la Bulle, *Cum sicut accepimus*, § 2. *Bullar. Roman*. Tom. IV, part. II, pag. 119. V. le texte ci-après, pag. 406, n. XIV.

(2) V. notre Tome XVIII, pag. 270, n. VI et suiv.

(3) V. le Card. Petra, *Const. VII Pii II*, Sect. un., n. 11; Bertapelle, *Op. cit.*, n. 516, I; Pennacchi, *Constitutio Apostolicæ Sedis, etc.*, tom. II, pag. 447.

Digitized by Google

aurait reçus antérieurement d'une manière légitime ; à moins qu'en vertu de la Bulle d'Urbain VIII (1), il n'ait été, par sentence du juge, privé de l'exercice de tous les ordres (2).

VI. Si le sujet avait à plusieurs reprises reçu des ordres dans les mêmes circonstances, il aurait autant de fois encouru la même suspense (3).

VII. Cette suspense est portée pour un temps indéterminé ; elle durera donc jusqu'à ce qu'il plaise à l'Évêque ou au Prélat du sujet ordonné, de l'en relever : *Donec suo Prælato visum fuerit* (4).

VIII. 2° *Personnes soumises à ces peines*. La première catégorie de personnes frappées par le Concile sont les Évêques Titulaires, c'est-à-dire les Évêques décorés du titre d'une église située dans des pays infidèles ou qui ont secoué le joug de l'Église, et dont ils n'ont point l'administration (5).

IX. Peu importe, du reste, le lieu de leur séjour habituel : eussent-ils même choisi pour cela un lieu exempt, ou un lieu qui ne fait partie d'aucun diocèse : « Etiamsi, *dit le Concile*, in loco nullius diœcesis, etiam exempto... resederint, aut moram traxerint ; » le lieu ou le monastère fussent-ils en possession des privilèges les plus étendus : « Etiam, *die Pie IV*, quibuslibet privilegiis et immunitatibus suffulti (6). »

(1) Const. *Secretis*, § 2. *Bullar. Roman.*, tom. v, part. v, pag. 289.

(2) Rosignoli, *De ordinibus ecclesiasticis*, Part. i, quæst. ii, art. vi, n. 13.

(3) Bertapelle, *Op. cit.*, n. 516, iii ; F. Piat, *Comment.* pag. 314, (6); Pennacchi, *Ibid.* 447. Cela est à noter pour le cas où l'on demande la levée de la censure : on doit alors en exprimer le nombre. V. tom. iv, pag. 480, n. xiv.

(4) Pennacchi, *Ibid.* ii, 478.

(5) Reiffenstuel, *Op. cit.*, Lib. i, titul. v, n. 40 ; Ferraris, V. *Episcopus*, vii, 23 ; Andreucci, *Hierarchia ecclesiastica*, Lib. i, Tract. i, n. 1 ; Thesaurus, *Op. cit.*, Part. ii, V. *Ordines*, cap. xviii ; F. Piat. *Comment*, pag. 313, (1) ; Pennacchi, *Constit. Apostolicæ Sedis, etc.*, Tom. ii, pag. 445.

(6) Const. *Cum sicut accepimus*, § 2. *Bullar. Roman.* Tom. iv, part. ii, pag. 119.

Digitized by Google

X. La seconde catégorie de personnes atteintes par le Décret du Concile sont celles qui reçoivent un ordre quelconque ou même la simple tonsure des mains d'un Évêque Titulaire dans les conditions que nous allons expliquer : *Taliter promotus*.

XI. 3° *Conditions nécessaires pour encourir la suspense.* A) De la part de l'Évêque, il faut d'abord : *a*) qu'il soit Évêque *titulaire* seulement (1). *b*) Qu'il ordonne ou tonsure (2) un sujet qui ne lui est soumis à aucun titre. *c*) Qu'il le fasse sans le consentement exprès (3), ou sans les lettres dimissoriales de leurs Prélats (4).

XII. Des auteurs ont cru que l'Évêque titulaire peut conférer les ordres à son familier, dépourvu de tout autre titre, si l'Évêque du diocèse y donne son consentement formel (5).

XIII. Mais cette opinion doit être rejetée : d'abord, comme en opposition flagrante avec le Concile de Trente, lequel, outre la défense formelle contenue dans le présent article, oblige l'Évêque qui ordonne son familier, à lui conférer un bénéfice aussitôt après l'ordination (6). Or, l'Évêque titulaire

(1) Bertapelle, *Op. cit.*, 516, II, 1; Pennacchi, *Op. cit.*, II, 445.

(2) Quand même il conférerait la tonsure d'une manière privée : la fin de la loi subsiste dans ce cas. Pennacchi, *Ibid.* 446.

(3) Le consentement tacite ou présumé ne suffit donc pas. Cf. Barbosa, *Conc. Trid.* XIV, II, *Ref.* 4; Andreucci, *Ibid.* I, I, 79; F. Piat, *Comment.* pag. 313, n. (2); Bertapelle, *Op. cit.*, 516, II; Pennacchi, *Ibid.* II, 445.

(4) Bertapelle, *Op. cit.*, 516, II.

(5) C'est, d'après Andreucci, *loc. cit.*, n. 80, l'enseignement de Vasquez, *In 3 part.*, Disp. CCXLIII, n. 49. Mais cet auteur se trompe; car au n. 49, Vasquez exclut expressément les Évêques titulaires : *Sermo autem non est de titularibus*, dit-il; et cela devait être après ce qu'il venait d'écrire au n. 48, à savoir, que, par le Décret du Concile de Trente, « etiam revocantur privilegia quæcumque concessa Episcopis Titularibus, et quod fortasse consuetudine obtinuerunt, ut familiares suos, etiam alterius diœcesis, ordinare possint, omnino tollitur. »

(6) Sess. XXIII, cap. 9, *De reform.* — V. là-dessus notre tome XVII, pag. 489, n. IX et X.

Digitized by Google

n'a pas de bénéfice en sa possession, et est ainsi incapable de remplir la condition du Concile (1).

XIV. Ensuite, Pie IV, dans une Bulle interprétative de ce Décret du Concile, fait la même défense :

Tenore præsentium statuimus, ordinamus atque declaramus, quod posthac nullus Episcopus ex eis, qui titulares vocantur, in qualibet civitate, seu diœcesi, etiam si in loco nullius diœcesis quantumcumque exempto, aut aliquo monasterio cujusvis Ordinis, etiam quibuslibet privilegiis et immunitatibus suffulti, ubilibet consistente resederit, aut moram traxerit, prætextu quarumvis litterarum ab eodem Pœnitentiariæ Officio, seu alias ab ipsa Sede Apostolica sibi de promovendo quoscumque ad se recurrentes pro tempore concessarum, Pontificalia officia, nisi, ut præfertur, de Ordinarii loci expressa licentia, et in personas eidem Ordinario subjectas dumtaxat exercere, vel aliquem alterius subditum, etiam sub colore familiaritatis, continuæ commensalitatis suæ, absque sui proprii Prælati expresso consensu aut litteris dimissoriis, ad primam clericalem tonsuram, aut aliquos alios minores, aut etiam sacros et presbyteratus ordines, (promovere) ullatenus possit aut debeat (2).

XV. Enfin, cette opinion est opposée à une Constitution d'Innocent XII, qui, lui aussi, exige, pour qu'un Évêque puisse ordonner son familier à ce titre, qu'il lui confère un bénéfice suffisant à sa subsistance, aussitôt après l'ordination (3) : ce qui est impossible à réaliser de la part d'un Évêque titulaire.

(1) V. aussi De Alzedo, *De præcellentia episc. dignitatis*, II, V, 40.

(2) Const. *Cum sicut accepimus*, § 2. *Bull. Rom.* IV, II, 119. Dans une Bulle postérieure, Pie IV charge l'Évêque du diocèse, ou son Vicaire, *tanquam delegati Sedis Apostolicæ*, de punir l'Évêque transgresseur de cette défense, d'une suspense *ad tempus sibi benevisum*. Const. *Alias emanarunt*, § 2. *Ibid.* 120.

(3) Const. *Speculatores*, § 6. *Bullar. Roman.* IX, 376.

Digitized by Google

XVI. Aux conditions spécifiées ci-dessus (n. XI) nous devons ajouter que l'Évêque titulaire n'encourra la suspense que s'il agit sciemment et présomptueusement. Le Droit ancien exigeait la science chez l'ordinant (1). Le Concile de Trente, par les paroles qui précèdent le passage cité en tête de notre article, semble restreindre cette condition aux Évêques Titulaires, qui « quoscumque ad se venientes, etiamsi suorum Episcoporum seu Prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali charactere insignire, et ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere *præsumunt* (2). » C'est aussi l'enseignement communément reçu (3).

XVII. B) De la part de celui qui reçoit les ordres, ou la tonsure, il faut qu'il y ait faute, et même faute grave : car la peine est grave (4); et qu'ils ne soient pas munis de lettres dimissoires de leurs Prélats.

XVIII. On s'est enfin demandé si ce chapitre du Concile de Trente est applicable au cas, où l'Évêque titulaire conférerait les ordres ou la tonsure à des sujets qui viendraient de son Évêché *in partibus?*

Il y en a qui trouvent probable que l'Évêque titulaire peut les ordonner, en vertu de l'ancienne coutume, à laquelle le Concile de Trente ne parait pas avoir dérogé (5).

L'opinion commune se prononce contre cette manière de voir, et affirme que le Concile de Trente est applicable à ce

(1) « Eos, qui, *y lit-on,* clericos parochiæ alienæ absque Superioris ordinandorum licentia scienter, seu affectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quæsito præsumpserint ordinare, per annum a collatione ordinum decernimus esse suspensos. » Cap. *Eos, qui,* 2, *De temporibus ordinationum, in 6.*

(2) Sess. XIV, cap. 2, *De reformatione.*

(3) Vasquez, *in 3 part.,* Disp. CCXLIII, n. 48; Pennacchi, *Op. cit.* II, 447 sq.; Andreucci, *Op. cit.* I, I, 85; Fr. Piat, *Comment.* 314, (7).

(4) Hallier, *De sacris electionibus et ordinationibus,* Part. II, sect. V, cap. III, art. VI, n. XV.

(5) Hallier, *Op. cit.,* Part. III, sect. V, cap. V, art. IV, n. VI.

Digitized by Google

cas (1); de sorte que les peines portées par le Concile seraient encourues et par l'Évêque ordinant, et par le sujet ordonné, si les conditions requises se rencontraient. D'après ces auteurs, celui-ci « efficitur post baptismum subditus, ratione originis, ejus Episcopi, in cujus diœcesi baptizatus est (2), et ratione domicilii, ejus Episcopi, in cujus diœcesi domicilium figit, juxta formam Bullæ Innocentianæ *Speculatores*. » Des dimissoires de l'un ou l'autre de ces Évêques seraient donc nécessaires.

§ IV.

SOMMAIRE. I. Texte du Concile. — II. Division du paragraphe. — III. Évêques de l'Ordinand. — IV. Celui-ci peut-il varier? — V. Différences entre la 3e suspense établie par Pie IX et celle-ci. — VI. Suspense qui frappe l'Évêque. — VII. Exception établie par le Droit. — VIII. Quelles lettres testimoniales doivent avoir les religieux? — IX. L'Évêque qui donne la tonsure seulement encourt-il cette peine? — X. Faut-il présomption de sa part? — XI. Quelle est l'étendue de cette suspense? — XII. Suspense qui frappe les clercs. — XIII. Ce Décret du Concile est-il applicable aux Réguliers exempts? Opinion affirmative, — XIV. Négative. — XV-XVI. Opinion de l'auteur. — XVII. Qualités que doit avoir le privilège pour qu'un Ordre puisse l'invoquer. — XVIII. Quelle est l'étendue de la suspense encourue par l'ordinand? — XIX. Combien de temps dure la suspense encourue par l'Évêque, et qui peut en absoudre? — XX. Et *Quid* de celle de l'ordinand? — XXI. Qui peut relever de celle encourue par un ordinand d'un lieu *nullius diœcesis?*

I. La quatrième suspense édictée par le Concile est formulée comme suit :

Unusquisque autem a proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cujusvis gene-

(1) Andreucci, *Op. cit.* I, I, 82; Card. de Luca, *In Concil. Trident.* Disc. XIV, n. 19.

(2) Ita Rigantius, XXIV, III, 11; Passerini, in C. *Cum nullus*, 3, *De temporibus ordin. in 6*, q. I, art. I, n. 13; Gobat, *Experientiæ theologicæ*, tr. VIII, n. 280; Pax Jordanus, *Elucubrationes*, Lib. III, tit. VI, n. 41.

Digitized by Google

ralis aut specialis rescripti vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi ejus probitas ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur. Si secus fiat, ordinans a collatione ordinum per annum ; et ordinatus a susceptorum ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus (1).

II. Après quelques notions préliminaires, nous dirons, dans ce paragraphe, quel acte est frappé de suspense ; ensuite, quelle est la nature de cette suspense, quelles personnes l'encourent, et quelle est sa durée.

III. *Notions préliminaires*. Nous avons antérieurement expliqué quel est l'Évêque propre de celui qui aspire aux ordres : l'Évêque d'origine, du domicile, du bénéfice et de familiarité (2).

A ces titres nous pouvons joindre celui de légitime excardination, qui se vérifie, quand un sujet a obtenu de son Évêque la permission de quitter son diocèse pour se faire agréger à un autre diocèse (3). L'Évêque du nouveau diocèse où il est admis, devient son propre Évêque.

IV. On s'est demandé, si celui qui a plusieurs propres Évêques, après s'être adressé à l'un d'eux, peut varier et s'adresser à un autre? Cette question partage les auteurs. Les uns pensent que cela est toujours permis (4) ; les autres, au contraire, que cela est toujours défendu (5). D'autres ne trouvent la chose illicite que quand il s'agit d'un sujet qui

(1) Sess. XXIII, cap. 8, *De reformatione*.

(2) V. notre Tome XVII, pag. 484, n. III et suiv.

(3) Pennacchi, *Op. cit.* II, 453 ; Avanzini, *Acta Sanctæ Sedis, etc.*, Vol. VI, pag. 497, not. 1 ; F. Piat, *Comment.* 315, (1).

(4) Leurenius, *Forum ecclesiasticum*, Lib. I, q. CLXVI, 1 ; Pirhing, *Jus canonicum*, Lib. I, titul. XI, n. 30.

(5) Reiffenstuel, I, XI, 79 ; Marchini, *De sacramento Ordinis*, tract. I, part. V, cap. X, n. 6 ; Barbosa, *De officio et potestate Episcopi*, Alleg. IV, n. 1.

Digitized by Google

a reçu les ordres sacrés pour le service d'une église ou d'un bénéfice exigeant la résidence (1).

D'autres enfin, s'appuyant sur les décisions de la S. Congrégation du Concile (2), permettent cette variation, pourvu qu'elle ne se fasse pas en fraude des droits du premier Évêque ordinant (3).

Il y a fraude, d'après ces auteurs, si le clerc est déjà attaché au service d'une église, ou si l'Évêque auquel il s'adresse ne lui confère qu'un bénéfice insuffisant.

V. Notons enfin les différences qui existent entre la troisième suspense établie par S. S. Pie IX, et celle du Concile de Trente que nous commentons. La première ne frappe que l'Évêque qui ordonne un sujet étranger sans les dimissoires de son Évêque ; ou son propre sujet, sans les lettres testimoniales dans les cas où elles sont requises (4). La seconde

(1) Schmalzgrueber, I, XI, 29; Diana, *Resolutiones morales*, Tom. II, tract. V, resol. XXXVIII, § 1 sq.

(2) Le 27 Février 1666, la S. Congrégation du Concile résolut, comme suit, les trois doutes suivants :

« I. An in suscipiendis minoribus ordinibus sit permissa variatio, ita ut qui ab Episcopo originis seu domicilii tonsura aut altero ex minoribus ordinibus initiatus fuit, possit ad alium ordinem minorem ab Episcopo beneficii promoveri ?

« II. An sit permissa variatio in ascensu ab acolythatu ad subdiaconatum ?

« III. An sit permissum subdiacono in promotione ad diaconatum, vel diacono in promotione ad sacerdotium variare ?

« S. Congr. Conc. respondit : Variationem in unoquoque ex prænarratis casibus, dummodo non in fraudem fiat, licitam esse. » Libr. 25 *Decret.* page 52.

Le 26 Janvier 1732, elle émit une nouvelle réponse conforme. *Thesaurus resolutionum S. Congr. Conc.* Tom. V, pag. 401 sq.

(3) Card. Petra, *Const. Urbani II*, Sect. I, n. 63 sq.; Rigantius, *in Regulas Cancellariæ*, Reg. XXIV, § III, n. 84 ; Pignatelli, *Consultationes canonicæ*, Tom. I, Cons. XXXVIII, n. 2 sq.; Clericati, *Erotemata ecclesiastica*, cap. CXXVIII, n. 30 ; Pennacchi, *Ibid.* II, 456; F. Piat, *Comment.* 315, (1).

(4) V. notre Tome XVII, pag. 483 et suiv.

Digitized by Google

frappe, en sus, le sujet qui est ordonné par un autre que son propre Évêque.

De plus, dans sa seconde partie, le Concile de Trente suppose que l'Évêque a le privilège d'ordonner tous ceux qui se présenteront à lui, ou que l'ordinand jouit d'un rescrit apostolique l'autorisant à recevoir les ordres d'un autre que de son propre Évêque (1) : cas non visé par Pie IX.

VI. Le premier acte frappé de suspense est celui de l'Évêque qui ordonne le sujet en question, sans qu'il soit muni des lettres testimoniales de son Ordinaire (2).

VII. Il y a cependant une exception inscrite dans le Droit commun : c'est pour le cas, où le propre Évêque est publiquement connu comme suspens de la collation des ordres, précisément parce qu'il a ordonné des sujets étrangers sans la permission de leur Évêque : les clercs, non les laïcs, peuvent alors s'adresser à un Évêque voisin pour recevoir l'ordination, sans la permission de leur propre Évêque (3).

C'est bien là ce qu'enseignent communément les auteurs (4).

(1) Avanzini, *Op. cit.*, not. (50), *c*), pag. 82; Pennacchi, *Op. cit.* II, 365, not. (1).

(2) Si ni l'Évêque, ni l'Ordinand ne jouissent d'aucun privilège spécial, les lettres testimoniales ne suffiraient pas pour légitimer l'ordination ; des dimissoires seraient nécessaires, et l'Évêque qui procéderait à l'ordination du sujet étranger sans ces dimissoires, encourrait la troisième suspense établie par Pie IX.

(3) C. *Eos qui*, 2, *De temporibus ordinationum, etc., in 6* : « Clericis quoque parochiæ taliter suspensorum, postquam eorum suspensio fuerit manifesta, absque ipsorum etiam licentia, interim recipiendi ordines ab aliis vicinis Episcopis, alias tamen canonice, liberam concedimus facultatem. »

(4) Schmalzgrueber, I, XI, 42; Marchini, *Op. cit.* I, VI, III, 4; Reiffenstuel, I, XI, 189; Suarez, *De censuris*, Disp. XXXI, sect. I, n. 15; Mayr, I, Append. II, II, 30; Salmanticenses, *Moral.* VIII, IV, 43; Bonacina, *Censur.* III, I, XI, 10; Alterius, *De suspensione*, IX, VI, pag. 155. — Pignatelli, *Consultationes canonicæ*, Tom. I, Cons. CCCCXXIII, 1, partage aussi cet avis, « si declaratus fuerit suspensus per declarationem; nam, *ajoute-t-il*, etiam si esset notorium

Digitized by Google

Il en est toutefois qui doutent si cette exception peut encore se présenter aujourd'hui; parce que, d'après la discipline en vigueur, le Pape seul a qualité pour déclarer qu'un Évêque a encouru la suspense, et lorsqu'il le fait, il pourvoit en même temps aux besoins du diocèse. Au cas, où il ne le ferait pas, il est censé ne pas vouloir déroger au droit commun (1).

VIII. Comme nous l'avons vu antérieurement (2), l'Ordinaire des religieux exempts est leur Supérieur régulier : l'Évêque ne peut donc les ordonner, s'ils ne lui présentent les lettres dimissoires ou testimoniales de leurs Supérieurs. En les ordonnant sans ces lettres, l'Évêque poserait l'acte frappé de suspense (3).

IX. L'Évêque serait-il également soumis à cette peine, s'il ne conférait pas les ordres proprement dits, mais la tonsure seulement?

Bien que son acte reste interdit par le Droit (4), nous ne pensons pas, d'accord avec d'autres auteurs (5), que l'Évêque encourrait la suspense, en tonsurant seulement, malgré l'absence des lettres susdites. Il s'agit ici d'une loi pénale,

quatuór vel quinque personis non sufficeret. Quod etiam censuit S. Congregatio Concilii in una Flandriæ, die 15 Novembris 1653, ad C. 10, Sess. 7. *De reformatione.*

(1) Pennacchi, *Ibid.* II, 457; Giraldi, *Expositio, etc.*, I, 93; F. Piat, *Comm.* 316, (2).

(2) V. notre Tome XVII, pag. 493, n. XVII et suiv.

(3) Pennacchi, *Ibid.* II, 454; F. Piat, *Comm.* 315, (1).

(4) C. *Nullus*, 4, *De temporibus ordinationum, etc., in 6*; Const. *Speculatores*, § 3. *Bullar. Roman.* IX, 375.

(5) Passerini, *De statibus, etc.*, Q. 189, art. X, n. 882; Thesaurus, *Op. cit.* II, *Ordines*, XVI, III; Ventriglia, *Praxis, etc.*, I, XXIII, II, 20; Pennacchi, *Ibid.* II, 458; Bertapelle, *Op. cit.*, 519, II; F. Piat, *Comm.* 316, (5). V. notre Tome XVII, pag. 491, n. XIV. — Contr. Rosignoli, *Ordin.* II, VI, 2; Bonacina, *Cens.* III, I, XI, 18.

Digitized by Google

dont tous les termes, par conséquent, doivent être strictement interprétés. Fagnanus atteste que la S. Congrégation l'a ainsi décidé à plusieurs reprises (1).

X. Faut-il qu'il y ait présomption de la part de l'Évêque, pour qu'il encoure cette suspense?

De très graves auteurs l'affirment (2), parce que cette condition était exigée par l'ancien Droit (3).

Des autorités non moins graves, se basant sur le silence du Concile de Trente, estiment que cette condition n'est nullement requise, et que l'Évêque est soumis à la suspense, dès qu'il y a faute grave de sa part (4).

XI. Sur l'étendue de cette suspense les auteurs sont très partagés. Les uns, et c'est le sentiment commun, l'étendent à la collation de tous les ordres (5). Cela résulte des termes mêmes de la suspense, termes généraux : *a collatione ordinum*.

Nous devons cependant reconnaître que de très graves auteurs prétendent que l'Évêque n'est suspens que de la collation des ordres qu'il a mal conférés et des ordres supérieurs (6).

XII. La seconde suspense est édictée contre le clerc qui

(1) In C. *Cum contingat*, 11, *De ætate et qualitate et ordine præficiendorum*, n. 38.

(2) Suarez, *De censuris*, XXXI, V, 4; Rosignoli, *Ordin.* I, II, VI, 5; Alterius, *Suspens.* XVI, I, 258; Diana, *Op. cit.* V, III, XXIV, 3; Romaguerra, *Constitutiones Synodales Gerundenses*, Lib. I, titul. II, cap. V, n. 27; Pignatelli, *Op. cit.* Tom. III, Cons. XIII, n. 14.

(3) Cit. C. *Nullus*, 4, *De temporibus ordinationum, etc., in 6.*

(4) Passerini, *Decret.* In C. *Eos qui*, 2, *De temporibus ordinationum in 6*, n. 17; Giraldi, *Expositio, etc.*, I, XCIII, 61; Pennacchi, *Ibid.* II, 459; Thesaurus, *Op. cit.* II, *Ordines*, XVI, VII.

(5) Rosignoli, *Ordin.* I, II, VI, 7; Alterius, *Susp.* XVI, I, 258; Romaguerra, *Op. cit.* I, II, V, 28; Ventriglia, *Op. cit.* I, XXIII, II, 28; Bertapelle, *Op. cit.* 519, I; Pennacchi, *Ibid.* II, 458.

(6) Petra, *Const. VII Pii II*, I, 34; Giraldi, *Expos.* I, XCIII, 61; Fagnanus, C. *Vel non est compos*, 14, *De temporibus ordinationum*, 16.

Digitized by Google

reçoit les ordres d'un autre Évêque que le sien propre, ou même de son propre Évêque sans les lettres testimoniales dans les cas où elles sont requises.

XIII. Ce passage du Concile suscite une difficulté. Est-il applicable aux réguliers exempts? Eux aussi, sont-ils soumis à cette suspense du Concile?

Un grand nombre d'auteurs sont de cet avis (1); soit parce que les termes du Concile de Trente, qui exige les lettres testimoniales, sont généraux; soit parce que Benoit XIV l'a clairement ainsi décrété dans une Bulle que nous avons déjà eu l'occasion de citer (2). On pourrait aussi invoquer, à l'appui de cette opinion la décision de la S. Congrégation du Concile, du 12 Décembre 1733, où il est déclaré que le supérieur du monastère et ses religieux ordonnés avaient encouru les peines canoniques (3).

XIV. De très graves auteurs sont cependant d'un avis opposé (4), et invoquent à l'appui de leur opinion l'autorité

(1) Romaguerra, *Op. cit.* I, II, V, 25; Alterius, *Susp.* IX, VI, 154; Bonacina, *Cens.* III, I, XI, 3; Ventriglia, *Op. cit.* I, XXIII, II, 22; Donatus, *Praxis regularis,* III, III, III, 3.

(2) Const. *Impositi Nobis,* in *Bullar. Bened. XIV,* Vol. IV, pag. 384. Mais nous ferons remarquer que, dans le passage cité de la Bulle de Benoît XIV, il s'agit du cas d'un religieux ordonné contrairement au Décret de Clément VIII, Décret qui ne vise nullement le cas que nous traitons, et qui ne contient, du reste, aucune suspense contre l'ordinand, comme le fait justement observer le Cardinal Petra. *Const. III Bonifacii IX,* n. 9.

(3) *Thesaurus resolut. S. C. C.* VI, 284 et 306, ubi : « IV. An Monachi sic ordinati... ab alio Episcopo cum solis litteris obedientialibus, et sine dimissoriis Episcopi Brixinen. sint licite ordinati? Et quatenus negative : V. An et in quas pœnas tam dictus Abbas, quam ipsi Monachi taliter ordinati inciderint? *Resp.* Ad IV. Negative. Ad V. In pœnas canonicas. » Mais remarquons encore que de nouveau il s'agit ici de religieux ordonnés sans les dimissoires de l'Évêque du diocèse où se trouve le monastère, et hors des cas exceptés. V. ces cas dans notre Tome XVII, pag. 494, note (2).

(4) Card. Petra, *Const. III Bonifacii IX,* n. 12 sq.; Rigantius, *Op. cit.*

Digitized by Google

de la S. Congrégation du Concile (1). Mais à ces décisions, on peut opposer, avec raison, celle de 1733, et la Bulle, que nous allons rapporter, de Benoit XIV.

XV. Ne serait-il pas plus rationnel de distinguer entre les deux parties de l'article du Concile de Trente? La première partie défend à qui que ce soit de recevoir les ordres d'un Évêque étranger : *Unusquisque a proprio Episcopo ordinetur*. Le terme est général et semble favoriser la première opinion. Mais, d'un autre côté, si ce texte est applicable aux Réguliers, n'est-il pas étonnant que ni Clément VIII, ni Benoît XIV, qui prescrivent aux Réguliers de s'adresser, pour l'ordination, à l'Évêque du diocèse dans lequel se trouve le couvent, n'en fassent aucune mention? Du reste, on ne peut plus douter aujourd'hui que le religieux ordonné par un autre Évêque que celui du diocèse où il réside, n'encoure la suspense, à moins que son Ordre ne jouisse d'un privilège spécial à lui directement accordé après le Concile de Trente.

Après avoir dit d'abord : « Ordinati vero suspensionis pœnam, atque etiam, si in suscepto ordine ministraverint,

XXIV, III, 301; Passerini, *De statibus, etc.*, 189, X, 879; Bordoni, *Op. cit.* LXVII, 67, 3°.

Un individu, habitant l'été sa maison de campagne, située sur une paroisse voisine de la mienne, et ayant sa maison d'hiver sur ma paroisse, est décédé dans cette dernière maison, après avoir choisi sa sépulture dans sa paroisse d'été. Comme il n'y a qu'un cimetière commun à toute la ville, il est clair qu'il ne s'agit point là d'élection de sépulture proprement dite, mais seulement de choix d'église où l'on célébrerait ses funérailles. M. le Curé de la paroisse où elles devaient avoir lieu, se crut en droit de lui porter le Viatique et l'Extrême-Onction sur ma paroisse, sans même m'en prévenir, et vint faire lui-même la levée du corps sur ma paroisse. Il se contenta de me donner ce qui, dans le diocèse, vient sous le nom de *quarte funéraire*.

Tout cela est-il bien conforme au droit? Je viens vous le demander en toute confiance.

Rép. 1° Nous devons, avant tout, rappeler que nous avons établi, dans un volume précédent (1), que la substitution d'un cimetière commun aux cimetières particuliers n'a nullement eu pour effet de supprimer le droit d'élection de sépulture, ni, par suite, le droit de choisir l'église où doivent se faire les funérailles. Comme le faisait très bien remarquer le Secrétaire de la S. Congrégation des Évêques et Réguliers,

(1) V. notre Tome XI, pag. 344 (342) et suiv. — V. aussi le savant traité *De parocho* de Berardi, n. 762; Moulart, *De sepultura et cœmeteriis*, page 264.

Digitized by Google

« cum jus funerandi plane distinctum sit a jure tumulandi, si secundum sublatum est a lege cœmeteria respiciente, primum firmum remanet : de eo enim nulla fit mentio et nihil innovatur (1). »

Le Secrétaire de la S. Congrégation du Concile ne s'exprimait guère autrement : « Quamquam, *disait-il*, et illud notandum sit cœmeteria causa publicæ valetudinis subrogata fuisse singularum ecclesiarum sepulturis, ita, ut quæ Ecclesia jus habebat tumulandi in propriis sepulchris, nunc jus istud exerceat in publico cœmeterio; ac proinde non sublatum jus sepeliendi fuit, sed tantum variatus locus; quod profecto non impedit emolumentorum perceptionem, et jus peragendi exequias (2). »

Les Congrégations Romaines ont complètement adopté et confirmé ces principes de leurs Secrétaires. Nous en avons donné comme preuve la décision de la S. Congrégation des Évêques et Réguliers du 31 Mai 1850, et celles de la S. Congrégation du Concile des 14 Avril et 24 Novembre 1821, 16 Juin 1827, 26 Janvier 1833, 26 Novembre 1864 et 14 Août 1875, auxquelles nous devons ajouter celle du 23 Janvier 1886 (3).

C'est donc un point hors de toute contestation, quoi qu'en pense et en dise M. Daris (4).

2° Quand un individu a deux domiciles, l'un d'été et l'autre d'hiver, et qu'il séjourne un temps presqu'égal dans chacun d'eux, les auteurs enseignent communément qu'il doit être enterré, c'est-à-dire que ses funérailles doivent se faire

(1) Bizzarri, *Collectanea in usum Secretariæ S. Congregationis Episcoporum et Regularium*, pag. 624.

(2) *Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, Tom. LXXXI, pag. 111.

(3) *Acta Sanctæ Sedis*, Vol. XVIII, pag. 455 et suiv.

(4) *De parochis*, n. 200.

Digitized by Google

dans l'église de la paroisse sur laquelle il est mort (1).

3° C'est là un principe général, qui n'est toutefois applicable qu'au cas où il n'y a pas eu élection de sépulture, ni sépulture de famille : car, en matière de sépulture, c'est d'abord la volonté du défunt qui doit prévaloir (2). S'il ne l'a pas manifestée, le Droit veut qu'il soit déposé dans le caveau de ses ancêtres, s'il y a une sépulture de famille (3). Les funérailles ne se font à l'église paroissiale, qu'en l'absence de ces deux cas (4).

4° De tout ce que nous avons dit jusqu'à présent, le défunt était en droit de choisir l'église où se feraient ses funérailles, sans que le curé de la paroisse où il est mort puisse y trouver à redire : c'est un droit que l'Église accorde, et elle tient tellement à la liberté de son exercice, qu'elle avait décrété les plus graves peines contre divers attentats à cette liberté (5) ;

(1) Pichler, *Jus canonicum*, Lib. III, titul. XXVIII, n. 7 ; De Nicollis, *Praxis moralis*, Part. II, § II, sect. II, n. XXXVIII ; Böckhn, *Commentarius in jus canonicum universum*, Lib. III, titul. XXVIII, n. 40 ; Samuelli, *Praxis observanda in ecclesiasticis sepulturis*, Tract. I, disp. V, controv. VIII, n. 21 ; De Murga, *Disquisitiones morales et canonicæ*, Tom. I, tract. VIII, disq. II, sect. I, dub. III, n. 1 ; Schmier, *Jurisprudentia Canonico-civilis*, Lib. III, tract. I, part. III, cap. II, n. 21 ; Moulart, *De sepultura et cœmeteriis*, pag. 191 ; Sperelli, *Decisiones fori ecclesiastici*, Decis. LXXXVII, n. 10 ; Ferraris, V° *Sepultura*, n. 25.

(2) Cap. *Nos instituta*, 1, *De sepulturis* ; Cap. *Cum quis*, 2, *De sepulturis in 6*.

(3) Cit. Cap. 1 ; Cap. 5 et 10, *De sepulturis* ; Cap. 1 et 3, *De sepulturis in 6*. — Cf. S. Congregatio Rituum, 9 Maii 1705 (Gardellini, *Decreta authentica Congregationis SS. Rituum*, n. 3722, ad 15, Vol. II, pag. 238).

(4) Reiffenstuel, *Jus canonicum*, Lib. III, titul. XXVIII, n. 12 ; Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum universum*, Lib. III, titul. XXVIII, n. 38 ; Ferraris, V° *Sepultura*, n. 20 ; Mayr, *Trismegistus Pontificius*, Lib. III, titul. XXVIII, n. 16 ; Pasqualigo, *Decisiones morales*, Decis. CCCCI, n. 4.

(5) Elle frappait plusieurs des transgresseurs de la peine d'excommunication. Cap. *Animarum*, 1, *De sepulturis in 6* ; Clem. *Cupientes*, § *Sane*, 3, *De pœnis*. Cette excommunication est aujourd'hui abrogée, en vertu de la

Digitized by Google

et elle ne veut pas que les héritiers puissent être grevés de ce chef (1).

5° Mais de ce que le défunt ait eu le droit de choisir l'église où se feraient ses funérailles, ce choix ne conférait pas au curé de cette église le pouvoir de lui porter le Viatique et l'Extrême-Onction sans la permission du curé de la paroisse où le décès a eu lieu. C'est la remarque que fait avec beaucoup de justesse De Murga : « Cum ille, *dit-il*, in cujus decedit parochia, ultimo ei sacramenta ministraverit, *aut saltem ministrare debuerit*, uti ex se patet; cum intra suæ parochiæ limites, nullus præter ipsum, potuerit moribundo Viaticum et Unctionem extremam ministrare (2). »

6° En portant le Viatique et l'Extrême-Onction au moribond, sans la permission de son confrère, le curé de la paroisse où les funérailles ont eu lieu, a outrepassé son droit, et violé celui du curé de la paroisse du décès. Il n'est qu'une circonstance, où il eût pu le faire, hors du cas de nécessité, sans pécher : c'est celui où l'Ordinaire du lieu l'y eût autorisé. Et encore, dans ce cas, les convenances semblent demander qu'on prévienne son confrère.

7° Le curé de la paroisse du décès était en droit de faire lui-même la levée du corps, et de le conduire à l'église où se font les funérailles. C'est seulement en cas de refus exprès ou

Bulle *Apostolicæ Sedis* de Pie IX ; mais la gravité de la peine nous montre l'esprit de l'Église.

(1) Const. *Cum sicut dilectus* Urbani VIII, § 2. *Bullar. Rom.* Tom. VI, part. II, pag. 134; Const. *Alias pro parte* Clementis IX, *Ibid.* Tom. VII, pag. 162. — Cf. Passerini, *De statibus hominum*, quæst. 187, Art. IV, n. 167 ; Bordoni, *Variæ resolutiones*, Res. LI, n. 29; Pignatelli, *Consultationes canonicæ*, Tom. IV, Cons. CCVIII, n. 1 sq.; Pallottini, V° *Cadavera*, § II, n. 226 et suiv.

(2) *Op. et loc. cit.*, n. 2. — Cf. Benoît XIV, *De Synodo*, Lib. VIII, cap. IV, n. VII; Ferraris, V° *Extrema Unctio*, n. 24; Possevin, *De Officio Curati*, Cap. IX, n. 7; Berardi, *De parocho*, n. 757 et 759.

Digitized by Google

tacite (1) de sa part que ce droit est dévolu au curé de cette dernière église (2). S'il ne s'y refuse pas, il préside le cortège funéraire jusqu'à l'église où ont lieu les funérailles. Là, le curé de cette église fait toutes les fonctions (3).

8° Le curé du lieu du décès avait droit, d'après l'opinion commune (4), à ce que l'on nomme la quarte funéraire; elle lui a été remise : c'est tout ce qu'il pouvait réclamer.

CONSULTATION V.

Les Provinciales de Pascal.

Je reçois à l'instant le numéro d'Avril de la *Revue littéraire*, et j'y trouve la question et la réponse suivantes :

« D. Les *Lettres provinciales* de Pascal sont-elles condamnées par l'Église? Le catalogue de l'*Index* n'en fait pas mention.

« R. L'édition italienne : *Le Provinciali, o lettere scritte*, etc., *da Luigi Montalto*, qui est la traduction de l'original, est à l'*index*. »

Est-ce que vraiment il n'a pas autre chose à dire, et les diverses éditions françaises des *Provinciales* ne seraient-elles pas condamnées? Il nous semble pourtant qu'on nous a enseigné le contraire au Séminaire, et cette supposition confond toutes mes idées.

(1) Nous entendons par *refus tacite* le cas où le Curé mettrait à sa présence une condition injuste. Cf. Passerini, *loc. cit.* n. 165.

(2) S. Rituum Congregatio 12 Julii 1664, ad 6 (Gardellini, *Decreta authentica Congregationis SS. Rituum*, n. 2286, Vol. I, pag. 389); 22 Junii 1675 (*Ibid.* n. 2733, ad 6, Vol. I, pag. 473); S. Congregatio Concilii 28 Julii 1724, ad 9 (*Thesaurus S. Congr. Concilii*, Tom. III, pag. 95); 24 Julii 1734, ad 2 (*Ibid.* Tom. VI, pag. 497); S. Congregatio Episcoporum et Regularium 12 Januar. 1604, ad 4 (Bizzarri, *Collectanea, etc.*, pag. 369); 11 Decembr. 1615 (*Ibid.* pag. 273); 23 Septembr. 1735, ad 2 (*Ibid.* pag. 383); 9 Augusti 1748 (*Ibid.* pag. 411).

(3) S. Rituum Congregatio 5 Junii 1614 (Gardellini, *Op. cit.* n. 493, Vol. I, pag. 120); 2 Julii 1641 (*Ibid.* n. 1333, Vol. I, pag. 232).

(4) Rappelée ci-dessus, pag. 445, not. (1).

Digitized by Google

Rép. — Notre correspondant peut rester ferme dans ses idées, et garder l'enseignement qu'il a reçu au Séminaire : La *Revue littéraire* se trompe (1) et les *Provinciales* sont bel et bien condamnées.

1° Elles sont condamnées par l'*Index*. L'auteur de la question posée à la *Revue littéraire*, et le rédacteur qui s'est chargé de la réponse sont probablement tombés dans la même erreur. Ils auront feuilleté l'*Index librorum prohibitorum*, cherché aux mots *Provinciales*, *Lettres provinciales*, et, ne trouvant sous ces mots que la condamnation de l'édition italienne, conclu que le catalogue de l'*Index* ne parle pas des éditions françaises.

Or, il faut savoir que les *Provinciales* n'ont pas été, pour la première fois, publiées en volume; elles paraissaient par lettres séparées, de format in-4° : la première porte la date du 23 Janvier 1656, et a pour titre : *Lettre écrite à un Provincial par un de ses amis sur le sujet des disputes présentes de la Sorbonne* (2). Mgr Fèvre, dans la continua-

(1) Le numéro de Mai de la *Revue littéraire* contient une rectification en ces termes : « L'ambiguité d'une question relative aux *Provinciales* de Pascal nous a fait répondre d'une manière qui aurait pu faire croire que, seule, l'édition italienne : *Le Prorinciali, etc.* était à l'*index*. Le livre original, quoique n'ayant pas paru sous le titre actuel de : *Les Provinciales*, n'en a pas moins été condamné : il est ainsi mentionné dans l'*Index librorum prohibitorum : Lettre escrite à un Provincial par un de ses amis*... de Paris, ce 24 Janvier 1656, etc. *Seconde lettre*, III, IV, V, VI, etc., *escrite à un provincial, etc.* » — On pourrait dire, d'abord, que la question posée à la *Revue littéraire* et relatée dans la Consultation, ne paraît pas si ambiguë; mais ceci est sans importance : la réponse à la Consultation fera voir que la rectification donnée en Mai est très insuffisante, et c'est plus grave.

(2) Cette première lettre avait pour but d'empêcher la censure de deux propositions d'Arnaud, dont s'occupait la Sorbonne. Mais la Sorbonne ne se laissa pas émouvoir; les propositions furent condamnées le 31 Janvier. On donna à Arnaud quinze jours pour se rétracter et souscrire la censure, sous peine d'être exclu de la faculté dont il s'honorait d'être membre; comme il ne

Digitized by Google

tion de l'*Histoire de l'Église* de Darras, raconte que le succès de cette première lettre fut immense. « On s'arrachait de toutes parts cet opuscule de huit pages. Les scellés sont posés sur la presse qui les produit : la seconde provinciale paraît le lendemain. Le tour se renouvela jusqu'à la dix-septième et dernière (1), sans que les recors de la police pussent empêcher la publication. La cabale janséniste déploya, au service des *Provinciales*, une activité prodigieuse. On vendait les *petites lettres* à bas prix, on les distribuait gratis, on les envoyait par ballots dans les provinces (2). »

Pour désigner chaque lettre, Pascal ajoutait son numéro d'ordre et on disait : *IIe*, *IIIe*, *IVe*, etc., *lettre écrite par un provincial à un de ses amis*. La dernière lettre parut en Mars 1657 ; c'est par Décret du 6 Septembre de la même année que toutes ont été condamnées sous ce titre ; et c'est ainsi, en mentionnant l'une après l'autre les dix-huit lettres, que la condamnation est relatée dans l'*Index librorum prohibitorum*. Le Décret les condamne *sub censuris et pœnis in sacro Concilio, Tridentino et in Indice librorum prohibitorum contentis aliisque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis* (3). »

Le titre changea peut-être dès que les lettres furent réunies en volume. Du moins, quand treize commissaires, archevêques, évêques, professeurs ou docteurs de Sorbonne, chargés par Louis XIV de l'examen de l'ouvrage (4), don-

fit pas sa soumission, il fut en effet exclu pour toujours de la Sorbonne. V. Jager, *Histoire de l'Église catholique en France*, XVII, pag. 121 et 125.

(1) Mgr Fèvre se trompe ici : on compte dix-huit Lettres et non dix-sept.

(2) *Hist. génér. de l'Église*, t. XXXVII, pag. 277.

(3) *Analecta Juris Pontificii*, II, col. 2653.

(4) L'édition soumise à l'examen était une traduction latine, avec notes et dissertations.

Digitized by Google

nèrent leur avis motivé le 4 Septembre 1660, l'ouvrage portait déjà pour titre : *Les Provinciales* (1).

L'édition italienne, dont parle la *Revue littéraire* (2), parut en 1761 et fut condamnée le 3 Mars 1762. Pourquoi cette condamnation d'une édition en langue étrangère? N'était-elle pas proscrite par le seul fait en vertu de l'Instruction de Clément VIII, insérée au commencement de l'*Index librorum prohibitorum*, qui déclare formellement que toute traduction d'un livre condamné est condamnée comme lui (3)? Il serait difficile de le nier : nous voyons cependant motif à une condamnation nouvelle dans les *annotazioni nuove*, dont l'édition de 1761 est augmentée et qui sont fort mauvaises. Mais c'est là aussi une raison de plus pour remonter jusqu'au Décret de 1657, et ne pas se contenter de celui de 1762, qui ne suffirait pas pour affirmer la condamnation de toute édition des *Provinciales*.

Pour tout dire, ajoutons que la S. Congrégation, dans le Décret de 1762, a mieux précisé les peines qu'en 1657, et qu'à ce point de vue le Décret postérieur est une déclaration du premier : « Vetat et prohibet prædictam editionem imprimere, aut retinere, et legere *sub pœna excommunicationis per contrafacientes absque alia declaratione ipso facto*

(1) Le titre entier est : *Les Provinciales, ou les lettres écrites par Louis de Montalte à un provincial de ses amis, et aux RR. PP. Jésuites sur la morale et la politique de ces Pères.* Louis de Montalte, c'est Pascal ; l'annotateur qui se cache sous le pseudonyme de Guillaume Wendrock, est Nicole.

(2) Elle est mentionnée dans le catalogue de l'Index sous ce titre : *Montalto (da) Luigi. Le provinciale o lettere scritte ad un provinciale da' suoi amici, colle annotazioni di Guglielmo Wendrock, tradotte nell' italiana favella, con nuove annotazioni.*

(3) Titul. *De prohibitione librorum*, § VI. « In universum autem de malis, et perniciosis libris id declaratur, atque statuitur, ut qui certa aliqua lingua initio editi, et deinde prohibiti, ac damnati a Sede Apostolica sunt; iidem quoque, in quamcumque postea vertantur linguam, censeantur ab eadem Sede, ubique gentium, sub eisdem pœnis interdicti, et damnati. »

Digitized by Google

incurrenda, etc. (1). » Donc, jusqu'à la Bulle *Apostolicæ Sedis*, il y avait excommunication majeure, encourue *ipso facto*, mais non réservée, à lire les *Provinciales*. Cette excommunication est enlevée par la Bulle, comme toutes celles de l'*Index*; mais la défense de lire, de garder, ou d'imprimer l'ouvrage reste obligatoire *sub gravi*.

2° Les *Provinciales* tombent encore sous d'autres condamnations. L'avis des commissaires de 1660 est ainsi formulé : « Nous, soussignés, députés par ordre du roi pour porter notre jugement du livre qui a pour titre : *Lettres Provinciales*, après l'avoir diligemment examiné, nous certifions que les hérésies de Jansénius, condamnées par l'Église, y sont soutenues et défendues; et cela non seulement dans ces lettres, mais encore dans les *Notes de Guillaume Wendrock*, et dans les *Disquisitions de Paul Irénée* (2) qui y sont jointes; que la chose est si évidente que, pour le nier, il faut n'avoir pas lu le livre, ou ne l'avoir pas entendu, ou, ce qui serait encore pis, ne pas tenir pour hérétique ce que les souverains pontifes, l'Église gallicane et la sacrée faculté de Paris ont condamné comme tel... (3). »

Cela étant, il n'est pas douteux que les *Provinciales* tombent sous les condamnations qui atteignent tous les livres Jansénistes, et, en particulier, sous celles de la Bulle *Ad Sanctam*, d'Alexandre VII : « Eumdem librum sæpedicti Cornelii Jansenii, cui titulus, *Augustinus*, omnesque alios, tam manuscriptos quam typis editos, et si quos forsan in posterum edi contigerit, in quibus prædicta ejusdem Cornelii Jansenii doctrina ut supra damnata defenditur vel astruitur, aut defendetur et astruetur, damnamus itidem atque prohibemus. Mandantes omnibus Christifidelibus ne prædictam

(1) *Analecta, etc.* Ibid. (2) Autre opuscule de Nicole.
(3) Jager, *Histoire de l'Église catholique en France*, XVII, pag. 135.

Digitized by Google

doctrinam teneant, prædicent, doceant verbo, vel in scriptis exponant, vel interpretentur publice vel privatim, palam, vel occulte imprimant, sub pœnis et censuris contra hæreticos in jure expressis ipso facto absque alia declaratione incurrendis (1). »

Supposons pour un instant que les Décrets de l'*Index* qui frappent les *Provinciales* n'existent pas; cette prohibition d'Alexandre VII suffit à elle seule pour qu'on affirme nettement que les *Provinciales* sont condamnées par l'Église et qu'il est défendu *sub gravi* de les lire.

3° Mais nous n'avons pas tout dit encore. De ce qui précède, il résulte clairement, nous semble-t-il, que Pascal, qui, en écrivant les *Provinciales* et dès ses premières Lettres, s'est proposé de défendre Arnaud et ses assertions hérétiques contre les censures de la Sorbonne, qui a plus tard accepté les Notes de Nicole dans le même but de défendre la secte, qui a persisté dans sa faute après les condamnations les plus formelles, Pascal s'est montré hérétique, et hérétique *pertinax*. Par ailleurs, son livre contient des hérésies, plus que cela, les soutient, les défend *ex professo, ex ipso auctoris scopo*. Que faut-il de plus, pour que les lecteurs des *Provinciales*, s'ils ne sont excusés par l'ignorance, encourent l'excommunication, spécialement réservée au Souverain Pontife, portée dans la Bulle *Apostolicæ Sedis* contre : *Scienter legentes libros hæreticorum hæresim propugnantes?* Pour nous, nous ne le voyons pas, et nous croyons qu'à tous ces titres, la première réponse donnée par la *Revue littéraire* est entachée d'erreur, que la rectification subséquente n'est point suffisante et qu'on doit dire sans hésitation que toutes les éditions des *Provinciales* sont très sévèrement condamnées par l'Église.

(1) *Ad sanctam*, 16 Oct. 1657 (*Bull. Rom.*, t. VI, part. VI, pag. 150).

Digitized by Google

LETTRE ENCYCLIQUE DE SA SAINTETÉ.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis pacem et communionem cum Apostolica Sede habentibus

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quamquam pluries jam singulares toto orbe deprecationes fieri, majoremque in modum commendari Deo rem catholicam jussimus, nemini tamen mirum videatur si hoc idem officium rursus inculcandum animis hoc tempore censemus.

In rebus asperis, maxime cum *potestas tenebrarum* audere quælibet in perniciem christiani nominis posse videtur, Ecclesia quidem suppliciter invocare Deum, auctorem ac vindicem suum, studio perseverantiaque majore semper consuevit, adhibitis quoque sanctis cœlitibus, præcipueque augusta Virgine Dei genitrice, quorum patrocinio columen rebus suis maxime videt adfuturum. Piarum autem precationum positæque in divina bonitate spei serius ocius fructus apparet.

Digitized by Google

Jamvero nostis tempora, Venerabiles Fratres : quæ sane christianæ reipublicæ haud multo minus calamitosa sunt, quam quæ fuere unquam calamitosissima. Interire apud plurimos videmus principium omnium virtutum christianarum, fidem : frigere caritatem : subolescere moribus opinionibusque depravatam juventutem : Jesu Christi Ecclesiam vi et astu ex omni parte oppugnari : bellum atrox cum Pontificatu geri : ipsa religionis fundamenta crescente in dies audacia labefactari. Quo descensum novissimo tempore sit, et quid adhuc agitetur animis, plus est jam cognitum, quam ut verbis declarari oporteat.

Tam difficili miseroque statu quoniam mala sunt, quam remedia humana, majora, restat ut a divina virtute omnis eorum petenda sanatio sit. Hac de caussa faciendum duximus, ut pietatem populi christiani ad implorandam studiosius et constantius Dei omnipotentis opem incitaremus. Videlicet appropinquante jam mense octobri, quem Virgini Mariæ a *Rosario* dicatum esse alias decrevimus, vehementer hortamur, ut maxima qua fieri potest religione, pietate, frequentia mensis ille totus hoc anno agatur.

Paratum novimus in materna Virginis bonitate perfugium : spesque Nostras non frustra in ea collocatas certo scimus. Si centies illa in magnis christianæ reipublicæ temporibus præsens adfuit, cur dubitetur, exempla potentiæ gratiæque suæ renovaturam, si humiles constantesque preces communiter adhibeantur? Immo tanto mirabilius credimus adfuturam, quanto se diutius obsecrari maluerit.

Sed aliud quoque est propositum Nobis : cui proposito diligentem, ut soletis, Venerabiles Fratres, Nobiscum dabitis operam. Scilicet quo se placabiliorem ad preces impertiat Deus, pluribusque deprecatoribus, Ecclesiæ suæ celerius ac prolixius opituletur, magnopere hoc arbitramur expedire, ut una cum Virgine Deipara castissimum ejus sponsum beatum Josephum implorare populus christianus præcipua pietate et fidenti animo insuescat : quod optatum gratumque ipsi Virgini futurum certis de caussis judicamus.

Digitized by Google

Profecto hac in re, de qua nunc primum publice dicturi aliquid sumus, pietatem popularem cognovimus non modo pronam, sed velut instituto jam cursu progredientem : propterea quod Josephi cultum, quem superioribus quoque ætatibus romani Pontifices sensim provehere in majus et late propagare studuerant, postremo hoc tempore vidimus passim nec dubiis incrementis augescere, præsertim postea quam Pius IX fe. rec. decessor Noster sanctissimum Patriarcham, plurimorum Episcoporum rogatu, patronum Ecclesiæ catholicæ declaravit. Nihilominus cum tanti referat, venerationem ejus in moribus institutisque catholicis penitus inhærescere, idcirco volumus populum christianum voce inprimis atque auctoritate Nostra moveri.

Cur beatus Josephus nominatim habeatur Ecclesiæ patronus, vicissimque plurimum sibi Ecclesia de ejus tutela patrocinioque polliceatur, caussæ illæ sunt rationesque singulares, quod is vir fuit Mariæ, et pater, ut putabatur, Jesu Christi. Hinc omnis ejus dignitas, gratia, sanctitas, gloria profectæ. Certe matris Dei tam in excelso dignitas est, ut nihil fieri majus queat. Sed tamen quia intercessit Josepho cum Virgine beatissima maritale vinclum, ad illam præstantissimam dignitatem, qua naturis creatis omnibus longissime Deipara antecellit, non est dubium quin accesserit ipse, ut nemo magis. Est enim conjugium societas necessitudoque omnium maxima, quæ natura sua adjunctam habet bonorum unius cum altero communicationem. Quocirca si sponsum Virgini Deus Josephum dedit, dedit profecto non modo vitæ socium, virginitatis testem, tutorem honestatis, sed etiam excelsæ dignitatis ejus ipso conjugali fœdere participem. Similiter augustissima dignitate unus eminet inter omnes, quod divino consilio custos filii Dei fuit, habitus hominum opinione pater. Qua ex re consequens erat, ut Verbum Dei Josepho modeste subesset, dictoque esset audiens, omnemque adhiberet honorem, quem liberi adhibeant parenti suo necesse est.

Jamvero ex hac duplici dignitate officia sponte sequebantur, quæ patribusfamilias natura præscripsit, ita quidem ut domus divinæ, cui Josephus præerat, custos idem et curator et defensor

Digitized by Google

esset legitimus ac naturalis. Cujusmodi officia ac munia ille quidem, quoad suppeditavit vita mortalis, revera exercuit. Tueri conjugem divinamque sobolem amore summo et quotidiana assiduitate studuit : res utrique ad victum cultumque necessarias labore suo parare consuevit : vitæ discrimen, regis invidia conflatum, prohibuit, quæsito ad securitatem perfugio : in itinerum incommodis exiliique acerbitatibus perpetuus et Virgini et Jesu comes, adjutor, solator extitit. Atqui domus divina, quam Josephus velut potestate patria gubernavit, initia exorientis Ecclesiæ continebat. Virgo sanctissima quemadmodum Jesu Christi genitrix, ita omnium est christianorum mater, quippe quos ad Calvariæ montem inter supremos Redemptoris cruciatus generavit : itemque Jesus Christus tamquam primogenitus est christianorum, qui ei sunt adoptione ac redemptione fratres.

Quibus rebus caussa nascitur, cur beatissimus Patriarcha commendatam sibi peculiari quadam ratione sentiat multitudinem christianorum, ex quibus constat Ecclesia, scilicet innumerabilis isthæc perque omnes terras fusa familia, in quam, quia vir Mariæ et pater est Jesu Christi, paterna propemodum auctoritate pollet. Est igitur consentaneum, et beato Josepho apprime dignum, ut sicut ille olim Nazarethanam familiam, quibuscumque rebus usuvenit, sanctissime tueri consuevit, ita nunc patrocinio cœlesti Ecclesiam Christi tegat ac defendat.

Hæc quidem, Venerabiles Fratres, facile intelligitis ex eo confirmari, quod non paucis Ecclesiæ patribus, ipsa adsentiente sacra liturgia, opinio insederit, veterem illum Josephum, Jacobo patriarcha natum, hujus nostri personam adumbrasse ac munera; itemque claritate sua custodis divinæ familiæ futuri magnitudinem ostendisse. Sane præterquam quod idem utrique contigit nec vacuum significatione nomen, probe cognitæ vobis sunt aliæ eædemque perspicuæ inter utrumque similitudines : illa inprimis, quod gratiam adeptus est a domino suo benevolentiamque singularem : cumque rei familiari esset ab eodem præpositus, prosperitates secundæque res herili domui, Josephi gratia,

Digitized by Google

affatim obvenere. Illud deinde majus, quod regis jussu toti regno summa cum potestate præfuit : quo autem tempore calamitas fructuum inopiam caritatemque rei frumentariæ peperisset, ægyptiis ac finitimis tam excellenti providentia consuluit, ut eum rex *salvatorem mundi* appellandum decreverit. Ita in vetere illo Patriarcha hujus expressam imaginem licet agnoscere. Sicut alter prosperus ac salutaris rationibus heri sui domesticis fuit, ac mox universo regno mirabiliter profuit, sic alter christiani nominis custodiæ destinatus, defendere ac tutari putandus est Ecclesiam, quæ vere domus Domini est Deique in terris regnum.

Est vero cur omnes, qualicumque conditione locoque, fidei sese tutelæque beati Josephi commendent atque committant. Habent in Josepho patresfamilias vigilantiæ providentiæque paternæ præstantissimam formam : habent conjuges amoris, unanimitatis, fidei conjugalis perfectum specimen : habent virgines integritatis virginalis exemplar eumdum ac tutorem. Nobili genere nati, proposita sibi Josephi imagine, discant retinere etiam in afflicta fortuna dignitatem : locupletes intelligant, quæ maxime appetere totisque viribus colligere bona necesse sit. Sed proletarii, opifices, quotquot sunt inferiore fortuna, debent suo quodam proprio jure ad Josephum confugere, ab eoque, quod imitentur, capere. Is enim, regius sanguis, maximæ sanctissimæque omnium mulierum matrimonio junctus, pater, ut putabatur, filii Dei, opere tamen faciendo ætatem transigit, et quæcumque ad suorum tuitionem sunt necessaria, manu et arte quærit. Non est igitur, si verum exquiritur, tenuiorum abjecta conditio : neque solum vacat dedecore, sed valde potest, adjuncta virtute, omnis opificum nobilitari labor. Josephus, contentus et suo et parvo, angustias cum illa tenuitate cultus necessario conjunctas æquo animo excelsoque tulit, scilicet ad exemplar filii sui, qui accepta forma servi cum sit dominus omnium, summam inopiam atque indigentiam voluntate suscepit.

Harum cogitatione rerum debent erigere animos et æqua sentire egeni et quotquot manuum mercede vitam tolerant :

Digitized by Google

quibus si emergere ex egestate et meliorem statum anquirere concessum est non repugnante justitia, ordinem tamen providentia Dei constitutum subvertere, non ratio, non justitia permittit. Immo vero ad vim descendere, et quicquam in hoc genere aggredi per seditionem ac turbas, stultum consilium est, mala illa ipsa efficiens plerumque graviora, quorum leniendorum caussa suscipitur. Non igitur seditiosorum hominum promissis confidant inopes, si sapiunt, sed exemplis patrocinioque beati Josephi, itemque materna Ecclesiæ caritate, quæ scilicet de illorum statu curam gerit quotidie majorem.

Itaque plurimum Nobis ipsi, Venerabiles Fratres, de vestra auctoritate studioque episcopali polliciti : nec sane diffisi, bonos ac pios plura etiam ac majora, quam quæ jubentur, sua sponte ac voluntate facturos, decernimus, ut Octobri toto in recitatione *Rosarii*, de qua alias statuimus, Oratio ad sanctum Josephum adjungatur, cujus formula ad vos una cum his Litteris perferetur : idque singulis annis perpetuo idem servetur. Qui autem orationem supra dictam pie recitaverint, indulgentiam singulis septem annorum totidemque quadragenarum in singulas vices tribuimus. Illud quidem salutare maximeque laudabile, quod est jam alicubi institutum, mensem martium honori sancti Patriarchæ quotidiana pietatis exercitatione consecrare. Ubi id institui non facile queat, optandum saltem ut ante diem ejus festum in templo cujusque oppidi principe supplicatio in triduum fiat. Quibus autem in locis dies decimusnonus martii, beato Josepho sacer, numero festorum de præcepto non comprehenditur, hortamur singulos, ut eum diem privata pietate sancte, quoad fieri potest, in honorem Patroni cœlestis, perinde ac de præcepto, agere ne recusent.

Interea auspicem cœlestium munerum et Nostræ benevolentiæ testem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XV Augusti An. MDCCCLXXXIX, Pontificatus Nostri Duodecimo.

LEO PP. XIII.

Digitized by Google

Oratio ad sanctum Josephum.

Ad te, beate Joseph, in tribulatione nostra confugimus, atque implorato Sponsæ tuæ sanctissimæ auxilio, patrocinium quoque tuum fidenter exposcimus. Per eam, quæsumus, quæ te cum immaculata Virgine Dei Genitrice conjunxit, caritatem, perque paternum, quo Puerum Jesum amplexus es, amorem, supplices deprecamur, ut ad hereditatem, quam Jesus Christus acquisivit sanguine suo, benignus respicias, ac necessitatibus nostris tua virtute et ope succurras.

Tuere, o Custos providentissime divinæ Familiæ, Jesu Christi sobolem electam; prohibe a nobis, amantissime Pater, omnem errorum ac corruptelarum luem; propitius nobis, sospitator noster fortissime, in hoc cum potestate tenebrarum certamine e cœlo adesto; et sicut olim Puerum Jesum e summo eripuisti vitæ discrimine, ita nunc Ecclesiam sanctam Dei ab hostilibus insidiis atque ab omni adversitate defende : nosque singulos perpetuo tege patrocinio, ut ad tui exemplar et ope tua suffulti, sancte vivere, pie emori, sempiternamque in cœlis beatitudinem assequi possimus. — Amen.

Digitized by Google

ALLOCUTION CONSISTORIALE

DU 30 JUIN

ET

LETTRE CIRCULAIRE

DE LA S. CONGRÉGATION DES ÉVÊQUES ET RÉGULIERS.

Nos lecteurs n'ont point oublié le Consistoire extraordinaire du 30 Juin, et les faits douloureux qui ont motivé les protestations du Souverain Pontife. La *Revue* n'a point l'habitude de publier les Allocutions consistoriales; mais l'allocution du 30 Juin a une importance toute particulière, et le Souverain Pontife tient à sa diffusion. Il le fait savoir aux Évêques de l'univers catholique par une Lettre Circulaire de la S. Congrégation des Évêques et Réguliers, datée du 18 Juillet. Les Pasteurs des peuples, les prédicateurs sont invités à s'en inspirer pour instruire les fidèles, les éclairer sur les dangers auxquels est exposée leur âme, et les détourner des sectes pernicieuses qui conspirent contre l'Église et contre leur salut éternel. Nous croyons, dès lors, que ces deux documents doivent trouver place dans la *Revue*, où nos lecteurs pourront toujours les consulter en temps utile.

Digitized by Google

I.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

ALLOCUTIO

HABITA IN CONSISTORIO DIE 30 JUNII AN. 1889.

Venerabiles Fratres,

Quod nuper, cum Vos hoc ipso in loco alloqueremur, novas easque graviores injurias contra Ecclesiam romanumque Pontificatum comparari in hac alma Urbe diximus, id plane est, summo cum animi Nostri dolore, omniumque bonorum offensione, patratum. — De qua re convocari Vos extra ordinem jussimus, ut liceat promere in medium, quo Nos modo affecerit indigne factum, itemque libere, uti par est, in conspectu vestro tantum nefas exsecrari.

Post conversionem rerum italicarum romanæque expugnationem urbis, vidimus profecto religionem sanctissimam Sedemque Apostolicam longa injuriarum serie violari. — Sed pravæ hominum sectæ acriter ad pejora, nondum concessa, tendunt. Obstinavere animis principi catholici nominis Urbi omnis profani moris impietatisque imponere principatum : atque huc flammas invidiæ undique collectas admovent, ut hanc Ecclesiæ catholicæ velut arcem adorti, opportunius moliantur ipsum lapidem angularem, quo illa nititur, funditus, si fieri posset, evertere. Revera, quasi non satis ruinarum tot jam annos edidissent, en semetipsos conati audacia vincere, uno ex sanctissimis anni christiani diebus, monumentum statuunt in publico, quo contumax in Ecclesiam spiritus posteritati commendetur; simulque doceatur, capitale cum catholico nomine geri bellum placere. — Id velle, nominatim machinatores facti fautoresque præcipuos, res loquitur ipsa. Augent honoribus hominem dupliciter transfugam, hære-

Digitized by Google

ticum judicio convictum, cujus ad extremum spiritum est provecta adversus Ecclesiam pertinacia. Imo his ipsis de caussis ornandum censuere : neque enim in eo vera decora constat fuisse. Non singularem rerum scientiam : sua quippe ipsum scripta *pantheismi* arguunt turpisque *materialismi* sectatorem, vulgaribus implicatum erroribus, a semetipso non raro dissidentem. Non ornamenta virtutum, cum contra mores ejus documento posteritati sint extremæ nequitiæ corruptelæque, quo hominem possunt non domitæ cupiditates impellere. Non præclare facta, non egregia in rem publicam merita : suetæ illi artes, simulare, mentiri, sibi esse deditum uni, nec ferre si qui secus sentiret, adulari, abjecto animo pravoque ingenio. Honorum igitur, quos tali viro tantos habuerunt, ea vis, ea prope vox est, seorsum jam a doctrina divinitus tradita, seorsum a fide christiana vitam omnem institui, mentesque hominum a potestate Jesu Christi penitus vindicari oportere. — Quod plane idem est sectarum malarum consilium atque opus, quæ, quacumque vi possint, alienare a Deo contendunt totas civitates; et cum Ecclesia romanoque Pontificatu infinito odio atque ultima dimicatione confligunt. — Quo autem et injuria foret insignior et caussa notior, dedicationem fieri magno apparatu, majore frequentia placuit. Multitudinem non exiguam sua intra mœnia undique accitam per eos dies Roma vidit : circumducta impudenter infesta religioni vexilla : quodque maxime horribile est, nec defuere signa cum simulacris *nequissimi*, qui subesse in cœlis Altissimo recusavit, princeps seditiosorum, cunctarum instimulator perduellionum. — Scelesto facinori insolentia concionum scriptorumque addita, in quibus rerum maximarum sanctitati sine pudore, sine modo illuditur, vehementerque illa extollitur exlex cogitandi libertas, quæ pravarum opinionum fœcunda procreatrix est, unaque cum moribus christianis fundamenta quatit disciplinæ societatisque civilis.

Tam triste autem opus longa præparatione curari, instrui, perfici licuit, non modo scientibus qui præsunt, sed favorem atque incitamenta prolixe aperteque præbentibus.

Digitized by Google

Acerbum dictu, ac simile portenti est, ab hac alma Urbe, in qua domicilium Vicarii sui Deus collocavit, rebellantis in Deum rationis humanæ manare præconium : atque unde incorrupta Evangelii præcepta et consilia salutis petere orbis terrarum consuevit, ibi, conversis inique rebus, nefarios errores ipsamque hæresim monumentis impune consecrari. Huc Nos traxere tempora, ut *abominationem desolationis* videremus *in loco sancto*.

In tanta indignitate rerum, quoniam christianæ reipublicæ regimen cum custodia tutelaque religionis commissum Nobis est, testamur, offensam contumelia Urbem, sanctitatemque fidei christianæ ignominiose violatam : universoque orbi catholico sacrilegum facinus, querendo indignandoque, denunciamus.

Verumtamen utilia documenta fas est ex injuria capere. — Hinc enim magis magisque apparet, num quieverint, everso principatu civili, hostiles animi, an aliud expetant ut extremum, scilicet ipsam æquare solo sacram Pontificum auctoritatem, fidemque christianam ex stirpe delere. — Similiter eminet, num Nos in repetendis Apostolicæ Sedis juribus humana aliqua re, an potius libertate apostolici muneris, dignitate Pontificis, atque ipsa rerum italicarum germana prosperitate moveamur. — Denique ex hoc ipso rerum eventu nimium nosse licet, quid valeant et quo ceciderint tam multa et ampla, quæ initio promittere ac spondere non dubitaverant. Obsequia enimvero omnisque venerationis officia, quibus romanum Pontificem honestari liberaliter se velle aiebant, injuriæ contumeliæque gravissimæ sensim consecutæ sunt; quarum nunc maxima atque in omnium luce et conspectu mansura, impuri perditique hominis monumentum. — Hanc item Urbem, quam fore semper et gloriosam et tutam romani Pontificis sedem affirmabant, caput esse novæ impietatis volunt, ubi rationi humanæ, velut in divino fastigio positæ, cultus adhibeatur absurdus et procax.

Itaque reputate apud vos, Venerabiles Fratres, quænam Nobis in summo fungendo munere Apostolico, vel libertas vel dignitas relicta sit. — A metu et periculo ne persona quidem abest Nos-

Digitized by Google

tra : nemo enim unus ignorat, quorsum conspirent quidve petant homines pessimarum partium ; nec quisquam est quin videat, eos ipsos, secundis usos temporibus, et numero in dies et impudentia magis valere, decretumque habere non ante quiescere, quam res ad extremum casum perniciemque compulerint. Quod si in re, de qua conquerimur, una deterrente utilitatis caussa, non tanta illis data licentia, ut prava sua consilia vi etiam manuque infesta persequerentur, nemo facile sibi suadere queat, non aliquando, opportunitatem nactos, ad id quoque sceleris esse venturos ; maxime quod in eorum sumus potestate, qui nec verentur sic criminari Nos publice, quasi inimico atque infenso in Italicas res animo essemus. — Nec minus metuendum est, ne projecta ad omne facinus audacia perditorum hominum inflammatæque libidines, non æque semper coerceri possint et restingui, si forte tempora inciderint magis formidolosa et turbulenta, seu propter civiles turbas rerumque publicarum conversiones, seu propter motus calamitatesque bellorum. — Ita eo testatius apparet, quæ demum conditio teneat summum Ecclesiæ Caput, Pastorem et Magistrum catholici nominis.

Hac Nos profecto acerbitate ægritudinum et mole curarum, devexa præterea ut sumus ætate, pene fracti conficeremur, nisi erigeret animum viresque sustentaret cum exploratissima spes, fore nunquam ut Vicarium suum divina ope Christus destituat, tum conscientia officii, qua sancte monemur, eo Nos debere firmius ad gubernacula Ecclesiæ incumbere, quo sæviat in eam acrius errorum et cupiditatum ab inferis concitata procella. — Spem igitur et fiduciam omnem habemus in Deo sitam, cujus agitur caussa, confisi maxime deprecatione præsentissima, quam incenso animi studio imploramus magnæ Virginis, christiani populi Adjutricis, itemque beatorum Principum Apostolorum Petri et Pauli, quorum in tutela et præsidio alma hæc Urbs feliciter semper conquievit.

Jamvero, quemadmodum vos, Venerabiles Fratres, dolores Nobiscum precesque ad Deum, conservatorem et vindicem Ecclesiæ suæ, assidue consociatis, ita minime dubitamus, quin Vene-

Digitized by Google

rabiles Fratres, per Italiam Episcopi, sint idem facturi constanter, atque adeo intentiore cura et opera, prout temporum poscunt discrimina, populo quisque suo sint consulturi. — In hoc præcipue contendant hortamur, ut aperiant illis planeque declarent, quantæ iniquitatis et perfidiæ instituta a religionis iisdemque patriæ hostibus sint ad perficiendum suscepta. Rem videlicet esse de summo verissimoque bono, quod fide catholica continetur; nihil hostes conari impensius, quam ut italas gentes ab ea fide divellere possint et abstrahere, cujus munere omnis generis gloria et prosperitate ipsæ diutissime floruerunt; viris autem catholicis nefas omnino tantis periculis indormire vel leviter occurrere; sed esse oportere in sua fide profitenda animosos, in tuenda stabiles, alacres quoque et paratos ad quasvis jacturas, si res postulent, pro ipsa faciendas. — Quæ quidem documenta et monita cives romanos propius attingunt, quippe quod eorum fides, ut palam est, in periculosiores quotidie offensiones callide adducatur. At ipsi vero, quanto amplius a Deo fidei beneficium, ex tanta cum hac Apostolica Sede vicinitate et conjunctione, se habere sciunt, tanto magis in ea perseverare meminerint, patribus illis majoribusque digni, quorum fidem præclara toto orbe fama celebravit. Ipsi porro atque Itali omnes, omnesque ubique catholici, tum precibus tum omni piorum operum genere, ne cessent a Deo contendere, si iram suam, tot in Ecclesiam nefariis conviciis insanisque contentionibus provocatam, clementius remittat, et communibus bonorum votis, misericordiam, pacem, salutem efflagitantium, benignissime obsecundet.

II.

Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium negotiis præposita Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis cæterisque locorum Ordinariis.

Varium ac multiplex genus moliminum, insidiarum et artium, quo tenebricosa Massonum societas Christi regnum in terris

Digitized by Google

contendit evertere, perspicue explicatum fuit a Sanctissimo Domino Leone XIII per Litteras encyclicas die 20 Aprilis anno 1884 datas, quarum initium : *Humanum genus*. Ad eam eversionem parandam consilium initum perfectumque est potiendi Urbe Roma, cujus consilii ratio simplices quidem latere potuit callidis declarationibus et promissis deceptos, fallere tamen prudentiores non potuit. Non enim obscura erant incitamenta et auxilia quibus oppugnationem Urbis fovebat secta nequam ubique gentium diffusa, obtendens Italiæ prosperitatem et decus, licet huic impenderent ob eam rem pericula externa et dissidia intestina. Pravum illud consilium apertius se prodidit ex iis quæ subinde acta sunt in gravem Ecclesiæ et Romani Pontificatus perniciem. Sane eo loco quo res nunc est nemo nisi volens decipi posset, postquam adversæ sectæ proceres potentiorum elati patrocinio eorumque favore qui rei summæ præsunt, re et verbis declararunt quid expetierint ut extremum in Urbe oppugnanda. Re quidem, dum testem esse voluere civitatem sanctam honorum quibus extulerunt apostatæ impurissimi flagitia et contumaciam, verbis autem quum principum suorum voce testati sunt palam, auspicari se per ea solemnia religionem novam in qua, spreto immortalis Dei dominatu, divinus humanæ rationi adhibetur cultus.

Plane hæc jam omnibus comperta sunt, quippe quæ graviter ac dilucide orbi universo denunciavit, merita inusta ignominiæ nota, Summi Pontificis augusta vox per Allocutionem quam habuit in Consistorio extra ordinem coacto, Junio mense exeunte. Quamvis autem Pontificia oratio potissime spectaverit ad tuendam fidem Italorum, quæ maxime petitur insidiis vocaturque in discrimen, atque imprimis Romanorum, inter quos nefarium scelus patratum fuit, censenda tamen ea res non est ad Episcopos et fideles cæterarum gentium non pertinere. Siquidem in hac Urbe principe Catholici nominis bellum indictum est atrox communi fidei ac religioni, ejusque Capiti supremo, simulque jacta contumelia lacessiti sunt omnes qui hanc profitentur fidem et huic Capiti obtemperant. Propterea Sacra hæc

Digitized by Google

Congregatio Episcoporum et Regularium negotiis præposita, ex mandato Sanctissimi Patris, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis et cæteris Ordinariis Catholici orbis munus injungit : I° Ut in omnibus ecclesiis sibi subjectis, ea hora qua maxima populi frequentia est, recitari curent memoratam Allocutionem Pontificiam in vernaculum sermonem translatam. II° Ut per Litteras Pastorales, sermones parochorum, aliorumque sacerdotum qui sacras conciones habent, doceri curent fideles gravitatem facinoris de quo in eadem Allocutione agitur, quid valeat, quo spectet, nec non discrimen cui obnoxia est cujusque religio et fides propter eam sectam quæ incautos petens astu et insidiis, in Romanum Pontificatum vires omnes intendit. Moneantur porro impense fideles de obligatione qua tenentur eas vitare insidias, eam sectam oppugnare, fidem tueri, ac strenue testari voce et operibus, omni denique ratione et ope, legitima defendere Romani Pontificis jura, cogitantes cum libertate Illius arcte suam cujusque libertatem esse conjunctam. III° Demum ut creditis sibi fidelibus publicas preces præscribant, itemque opera expiatoria et salutaris pœnitentiæ, quibus sarciatur injuria per triste monumentum in Urbe positum divino Numini illata, placetur Ejus ira, quam hominum crimina provocarunt, et abundet misericordia Ejus cum in Ecclesiam suam quam securæ pacis denuo compotem faciat, tum ipsos hostes, quos ad bonam frugem conversos in maternum illius complexum reducat.

Datum Romæ die 18 Julii 1889.

I. CARD. VERGA, Præf.

† Fr. Aloisius Episcopus Callinicen, *Secretarius*.

Digitized by Google

S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

ARIMINEN.

ADMINISTRATIONIS.

Die 4 Maii 1889.

Cette cause nous parait importante à mentionner : la décision n'a, si l'on veut, rien que de conforme au droit, mais elle en fait bien saisir l'application, et les exemples sont toujours très efficaces pour graver les règles dans l'esprit. Il s'agit, dans la cause de Rimini, de Curés qui, « non par insuffisance des revenus de leur bénéfice, mais par incapacité, imprévoyance dans les dépenses, par suite des besoins et des exigences de leurs parents, » se sont grevés de dettes, ont résisté aux conseils de l'Évêque, et fini par perdre l'estime des peuples et la considération nécessaire pour le succès de leur ministère. Les moyens de persuasion sont épuisés, le temps ne permet guère d'user de coaction, l'Évêque demande les mesures à prendre.

Pour lui, il pense que le seul moyen efficace serait de réclamer l'intervention de l'autorité civile, pour qu'elle se charge temporairement de l'administration des biens des bénéfices. Raisons : les dits Curés ne consentiront pas à céder l'administration des biens à un ecclésiastique nommé par l'Évêque ; — l'Évêque ne saurait pas, d'ailleurs, à qui la confier ; — à la mort du Curé, le gouvernement n'accordera l'*exequatur* aux nouveaux titulaires qu'à la condition

Digitized by Google

qu'ils se chargent du paiement des dettes, ce qui nécessiterait un retard.

En conséquence, deux questions sont posées à la S. Congrégation : Convient-il de réclamer l'intervention de l'autorité civile? Et, en cas de réponse négative, quelle mesure faut-il prendre?

Sur le premier point, le Consulteur se prononce pour la négative, et les réponses font voir que la S. Congrégation a adopté son sentiment. Voici les motifs allégués par le Consulteur.

2° De même, les textes de la Bulle de Benoît XIV, tout comme les raisons qui motivent ces prescriptions, concourent à laisser entendre que ce Pontife repousse les documents « *post concursum* expiscata, » mais non ceux qui ont été présentés « usque *ad diem habiti concursus.* »

Nous donnerons en entier le texte du Consulteur, dans l'examen qu'il fait de l'opinion du Professeur de droit canonique. Ces pages contiennent plus d'un enseignement utile : pour nous, répétons-le, ce n'est pas le point controversé qui fait le grand intérêt de cette discussion ; mais on verra dans ce passage avec quel soin il faut peser les décisions des Con-

Digitized by Google

grégations romaines pour leur donner leur vrai sens, et comment il faut se garder de généraliser ce qui est particulier. Signalons aussi le blâme donné à la critique publique et formelle d'un acte de l'autorité.

24. Quod si lector juris canonici, cf. *n. 8*, sibi impugnandam esse existimavit sententiam a Vicario generali latam, nolim hoc loco multum insistere illi responsioni, lectorem juris canonici more aliorum canonistarum extra Urbem, v. g. Bouix, nimis rigidam sequi sententiam de vi et ambitu responsionum S. C. C., atque nimis facile et generaliter illis tribuere vim *legum universalium*. Verum his animadversionibus opus non est, cum omnes allegationes lectoris juris canonici non sint ad rem, nec quidquam probent contra sententiam Vicarii generalis.

25. Imprimis allegat illa verba : « Pro forma » (cf. supra *n. 9*). — Quæ verba ex *Act. S. Sedis, vol. 11, p. 121*, desumpta jam in se minus accurate referuntur ; etenim, ut legenti patet, non pauca verba omittuntur : 2° Porro eadem verba nequaquam sunt S. C. C., sed defensoris Joannis, qui contendebat relationem examinatorum nullo modo posse subsistere, et refert verba Reclusii, cujus sententiam nimis rigorosam editores *Act. S. Sed.* alio in loco explodunt (Cf. *vol. 12, p. 350*). At luce meridiana clarius est verba advocatorum partium, doctorum, privatorum, veluti Reclusii in disceptatione allegata, et excerpta ab editoribus privatis non posse proponi tanquam verba S. C. C. ; 3° Denique declaratio nullitatis in causa *2 Sept. 1758* a lectore juris canonici in subsidium vocata, omni valore probandi est destituta. Sane in hac causa nullitas concursus etiam ex eo arguebatur quod unumquodque responsum non fuisset subscriptum, quod electio dignioris spectaret ad Episcopum non ad examinatores, quod non solius scientiæ, sed aliorum quoque requisitorum ratio esset habenda. Verum, ut constat ex *Thesauro resol. S. C. C., t. 27, p. 42*, non S. C. C., sed « Liborius Sasso, » actor in causa, illa argumenta afferebat. At is longe a vero aberraret, qui putaret omnia et singula argumenta ab advocatis vel partibus

Digitized by Google

allata probari a S. C. C., si forte causæ favorabilem decisionem obtineant, quemadmodum in capitibus juris decretalium allegationes partium non solent a R. Pontificibus approbari. Cf. Laurin. *Introductio in corpus juris can., p. 157.* Præterea S. C. C. ut plurimum respondere solet « in casu, » i. e. ad dubium concretum et particulare, non ad aliud ipsi nulla ratione propositum. Atque exinde efficitur ineptam plane esse citationem hujus declarationis *d. 2 Sept. 1758* datæ, in qua de duabus illis formalitatibus inter lectorem juris canonici et Vicarium generalem unice controversis nullum occurrit vestigium : neque ullo modo quæstio illa generalis fuit resoluta, utrum omnes et singulæ formalitates a Constitutione *Cum illud* præscriptæ essent sub pœna nullitatis necne. Imo ne probari quidem potest tres illas causas nullitatis ab actore allegatas revera omnes et singulas extitisse rationes decidendi. Nam S. C. C. suæ decisionis pro more et stylo suo etiam in causa allegata rationes non reddidit. Ergo sæpe nonnisi conjectura quis assequi potest, quæ fuerit ratio decidendi, quoniam præter rationes in votis vel restrictu juris allatas forte aliæ quoque Eminentissimos Patres moverunt, atque partes ordinario non unam, sed complures allegare solent rationes, inter quas aliæ interdum sunt falsæ vel parum probabiles, aliæ vero a S. C. probatæ. Cf. *Causæ selectæ S. C. C., Proleg. p. 22.* Jam vero in causa allegata vel sola ratio tertia abunde sufficiebat ad declarandam nullitatem concursus cum certi atque explorati juris sit concursum esse nullum et irritum, si neglectis aliis requisitis solius scientiæ ratio habeatur. Cf. *Act. S. Sed., vol. 11, p. 131 seqq.*

Verum prima ratio jam admodum debilis est, quoniam subscriptio potest esse requisitum ad *probationem* actus forte aliis mediis supplendam, non *solemnitas* ad valorem actus necessaria.

26. Neque lector juris canonici multum juvatur secunda quadam allegatione causæ *d. 26 Jan. 1878* decisæ his verbis : « Indicatur novus concursus » cf. *Act. S. Sed., vol. 11, p. 125.* Profecto certum est S. C. C. per sententiam judicialem in casu concursum declarasse nullum. At hujus decisionis rationem non

Digitized by Google

reddidit. Arbitraria igitur jam est illatio, S. C. C. *omnes* formalitates Const. *Cum illud* habere tanquam solemnitates substantiales concursus. Nam, ut constat ex *Act. S. Sed., l. c.*, universa disceptatio de *tribus* tantum versabatur causis nullitatis ab actore propositis, scil. de responsis non subscriptis, de scientia unice examinata, de prælatione clerici vere indigni. Quibus ex rationibus jam sola ratio secunda de neglectis aliis requisitis, ut supra *n. 25* probatum est, omnino sufficiebat ad declarandam concursus nullitatem neque minus efficax fuit tertia ratio allegata. Etenim si optimo jure illa defenditur sententia prælationem digni prætermisso digniore esse nullam et irritam (cf. Leuren., *l. c, p. 1, q. 198*, et Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum l. 3, tit. 5, n. 61*), si per concursum perficienda sit provisio canonica, sane sanctiones Tridentinæ substantialiter violantur, si prætermissis dignis atque dignioribus eligatur indignus.

At de primæ rationis efficacia probandi minus constat, cum demonstrari non possit S. C. C. *hac ratione* ad declarandam nullitatem fuisse motam et dubitandum sit, num S. C. C. sententiam nullitatis pronuntiasset, si tanquam unica ratio nullitatis ille defectus subscriptionis, qui aliis probationibus poterat suppleri, ab actore fuisset allegata, quoniam forma probationis nequaquam semper est solemnitas substantialis actus, ut v. g. eruitur ex testamento canonico, ad quod duo testes requiruntur non ad valorem, sed ad probationem actus.

27. Denique lector juris canonici citat responsionem S. C. C., *die 4 Maii 1878* : « Intimetur novus concursus servata in omnibus forma Constitutionis Benedicti XIV *Cum illud*. Quomodo ista allegatione generalis assertio lectoris probetur, pariter difficulter intelligitur. Concedendum est sine dubio S. C. C. illum concursum habuisse nullum et irritum. Verum si acta illius causæ accurate examinentur, extra controversiam est, universam disceptationem ad *unicam* causam nullitatis fuisse reductam, num revera solius doctrinæ, non aliorum quoque requisitorum ratio habita fuerit. Quod cum satis superque esset probatum, atque contraria consuetudo tanquam corruptela

Digitized by Google

fuisset rejecta, nullitas concursus optimo jure fuit pronuntiata. Cf. *Acta S. Sed., vol. 7, p. 125 seqq.* Quod si ex circumstantiis atque partium confessionibus adeo evidenter patet unicam exstitisse causam nullitatis, merito sustinetur, ut recte defendunt editores op. cit. *Causæ selectæ S. C. C. in proleg., p. 22,* hanc quoque causam unice a S. C. C. esse approbatam tanquam rationem nullitatis in casu. Denique verba adjuncta S. C. C. de forma servanda in omnibus Const. *Cum illud,* ex sese continent præceptum tantum, minime vero legem irritantem; nulla enim adjuncta est clausula irritans, quæ sese extendat ad omnes et singulas formalitates Constit. *Cum illud.* Præterea præceptum nonnisi denuo inculcat accuratam observationem laudatæ Const. Benedicti XIV; at ibidem certæ formalitates, ad quas servandas Clemens XI Episcopos *hortatus* erat, stricto jam *præcepto,* § *16, n. 4,* imponuntur, sed neque in § *16* neque in fine illius Constit. ullæ occurrunt clausulæ irritantes, quibus omnes et singulæ illæ formalitates sub pœna nullitatis exigantur. Ergo etiam ex præcepto S. C. C. in citata causa adjuncto nequit colligi nullitas concursus, si vel una ex illis formalitatibus non servetur, salva semper substantia concursus Tridentini. Cf. quoque *Act. S. Sed., vol. 7, p. 350 et 351.* Atque hæc interim sufficiant argumenta contra interpretationem Const. *Cum illud* a lectore juris canonici adoptatam; alia in responsione positive et theoretica sequentur.

28. Si doctrinæ clar. professoris non consentiendum esse existimo, multo minus suam proponendi formam possum approbare. Decisiones judiciales Vicariorum generalium non sunt sane definitiones ex cathedra atque multum fallibiles existere possunt, neque viris doctis prohibitum est fundamenta juridica alicujus sententiæ judicialis, omissis personis et nominibus, critico cuidam examini subjicere et rationes indicare, quibus contraria quædam sententia fulciri possit. At in proprio appendice, non occasione data, indirecte atque mere theoretice, sed ex professo et aperte impugnare sententiam latam a competente auctoritate ecclesiastica, non videtur esse praxis laude atque imitatione digna.

Digitized by Google

Le Consulteur arrive ensuite à préciser la réponse à faire à l'Évêque de Saint-Paul. Il trouve la question trop vaste, parce qu'elle embrasse toutes les prescriptions de la Bulle *Cum illud*, et propose deux doutes, le premier sur les deux formalités qui ont donné naissance au débat, le second sur les prescriptions de la Bulle en général; il propose également deux réponses, l'une pratique, l'autre théorique. Voici les textes :

DUBIUM I.

31. « An duæ illæ formalitates, de quibus sententiam judicialem protulit Vicarius generalis in casu, ita sint substantiales, ut, vel una ex illis non servata, ipso jure nullus et irritus existat concursus, si ex jure communi vel speciali in provisione canonica beneficii ecclesiastici Benedicti XIV Constitutio *Cum illud* sit servanda? »

DUBIUM II.

32. « An omnes et singulæ formalitates a Benedicto XIV in Const. *Cum illud*, præsertim § *16*, *n. II*, *III*, *IV*, *V*, ad concursum præscriptæ ita sint substantiales, ut, vel una ex illis non servata, ipso jure nullus et irritus existat concursus, si ex jure communi vel speciali in provisione canonica beneficii ecclesiastici Const. *Cum illud* sit servanda?

RESPONSIONES POSITIVÆ.

33. I *Responsio practica :*

« Quoad dubium practicum et particulare ortum in collatione dignitatis cantoris propter duas formalitates non servatas, provisum est per rescriptum SS. Domini; quoad quæstionem theoreticam et generalem consulat probatos auctores, et si futuro tempore practicum quoddam dubium oriatur de interpretatione Const. *Cum illud*, in casibus particularibus recurrat ad S. H. C. C.; denique quoad lectorem juris canonici, Ordinarius utatur jure suo, procedat prout de jure ad formam SS. Canonum. »

Digitized by Google

34. II. *Responsio theoretica :*

Ad dubium I : « Negative, dummodo nomen detur et documenta exhibeantur re adhuc integra, sive concursu nondum habito et doceatur de legitimo impedimento. »

Ad dubium II : « Negative nisi in casibus a jure expressis. »

Le Consulteur explique ensuite sa pensée et justifie ses réponses. A son sentiment, il y a lieu de douter qu'il faille répondre. Pratiquement, la question est tranchée par le rescrit de sanation, et la difficulté qui vient de la publication de cet Appendice par le Professeur de droit, peut être résolue par les moyens dont dispose l'Ordinaire. Résoudre le point de droit, est-ce bien opportun, et dans les habitudes de la S. Congrégation? Si cependant la S. Congrégation juge à propos de le faire, il donne les arguments qui justifient les solutions proposées.

Ces arguments sont bons, et nous nous y rangerions volontiers. Mais la S. Congrégation n'a pas jugé utile de résoudre le point de droit, et s'est bornée à répondre : *Non esse interloquendum.* Il nous reste cependant encore à citer, non pas les arguments du Consulteur, mais un passage important et instructif; le Consulteur y expose la pratique de la S. Congrégation dans les réponses qu'elle fait aux questions qui lui sont soumises, et explique ce qu'il entend par ces mots : *Quoad lectorem juris Canonici, Ordinarius utatur jure suo,* etc. Les deux passages se suivent et nous les donnons ensemble.

35... Omnis difficultas practica per rescriptum sanatorium SS. Domini, saltem ad cautelam concessum, omnino est sublata.

Quare dirimenda restat controversia mere theoretica et generalis. At vix negari poterit, dubitationes quasdam non leves existere, ob quas forte a directa et definitiva responsione abstinendum sit. Quibus dubitationibus consulitur per formam res-

Digitized by Google

ponsionis practicæ. Et revera hujusmodi magistralis interpretationis nulla existit practica necessitas, atque difficultas ex publicato « appendice » orta aliis juris remediis potest tolli. Insuper exempla non desunt, quibus comprobetur per interpretationes authenticas virorum doctorum controversias fuisse definitas, si generales fuerunt, et practica extitit utilitas, ut patet ex modo agendi Bonifacii VIII (*in Sexto, cf. Laurin, l. c., pag. 183*), sed propter altercationem quamdam literariam inter simplicem lectorem juris Canonici et Ex-Vicarium generalem non illico videtur interponenda auctoritas S. C. C.; secus hac spe illecti forte non pauci viri docti existerent, qui suas controversias canonicas per benevolum Episcopum proponerent decidendas cum non levi incommodo atque exigua utilitate. Denique optimo consilio scribit Santi (*Prælectiones jur. can., l. I, t. 31, n. 49*). « Animadvertimus autem frequentes non esse resolutiones Sacræ Congregationis Concilii in forma generica et abstracta, imo hodie ordinariam praxim ejusdem esse, ut quæstiones peculiares resolvat et particularibus casibus jus constitutum applicet. Formula enim solita est : An constet de valore matrimonii *in casu*... » Jam vero in favorem dubii a Reverendissimo Episcopo propositi solida ratio non videtur posse allegari, cur ab « ordinaria praxi » S. C. C. recedatur, atque non tantum de una quæstione « in forma generica et abstracta » detur responsum, vel una controversia dirimatur, sed integræ cujusdam Constitutionis apostolicæ, cum quamplurimis partibus, de quibus nondum generalis inquisitio a S. C. C. huc usque facta est, concedatur interpretatio authentica et generalis. Insuper in hac materia non una existit controversia, sed complures existunt quæstiones controversæ et agitatæ inter doctos (*Cf. Act. S. Sed., vol. VII, p. 350 contra Reclusium;* Passerin., *De elect. cap. 29 et 30;* Leuren., *l. c, p. I, q. 189;* Benedict. XIV, *De Synod. diœc. lib. IV, cap. 7, n. 6*), quæ non ita per modum unius videntur resolvendæ. Tandem omnes illæ formalitates vix videntur ubique adeo adamussim observari, ut forte propter responsum nimis generale et rigidum dubia possint oriri de

Digitized by Google

valore collationum ecclesiarum parochialium, quæ melius vitarentur.

36. Lector juris canonici ante operis sui publicationem obtinuit approbationem Episcopi diœcesani, aut non; in priore casu, profecto benigne tractandus est lector juris canonici atque Episcopus sibi tribuere debet si supervenerunt difficultates ex revisione libri nimis leviter peracta; quod si lector omisit approbationem Episcopi petere, statuta canonica violavit, quoniam dubium existere nequit, quin libri canonicas disputationes continentes etiam ex disciplina nunc in Ecclesia vigenti prævisæ censuræ ecclesiasticæ sint subjiciendi. (*Cf. Coll. Lac. Conc. rec.*, *t. V*, *p.* ...) (1).

Quare Ordinarius loci hoc casu utatur jure suo; at sane a fulminatione censurarum videtur omnino abstinendum, quia paucæ illæ lineæ appendicis, forma quadam minus prudenti conscriptæ, non constituunt crimen læsæ majestatis et forte in istis regionibus Brasiliæ censura ecclesiastica librorum non cum tanto rigore exercetur, ita ut paterna quædam admonitio de immutando appendice plane sufficiat.

(1) Le Consulteur a sans doute oublié d'indiquer la page, ou bien les chiffres sont tombés à l'impression. Dans le tome v de la Collection *Lacensis*, il eût pu citer les pages 58, 147, 446, 623 et 803.

Digitized by Google

EX S. CONGR. INDULGENTIARUM.

NOUVELLE INDULGENCE

ATTACHÉE A LA PRIÈRE A SAINT JOSEPH.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII summopere exoptans, ut erga sanctissimum Patriarcham Joseph B. Mariæ Virginis sponsum cultus impensius foveatur, Ejusque præsentissimum patrocinium efflagitetur, his præsertim rerum publicarum adjunctis, quibus ob succrescentem in dies inimicorum audaciam Jesu Christi Ecclesia acrius oppugnatur, per Literas Encyclicas datas sub die 15 Augusti 1889 Marialibus precibus Sanctissimi Rosarii, quas mense integro Octobri Ipsemet Sanctissimus recitandas alias decrevit, superaddendam indixit Orationem ad Sanctum Josephum, quam præfatis Literis adnexuit. Eadem porro Sanctitas sua, quæ singulis Christifidelibus eamdem Orationem publicæ Rosarii recitationi per mensem Octobrem addentibus Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum singulis vicibus acquirendam jam attribuit, in Audientia habita die 21 Septembris 1889 ab infrascripto Secretario S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ *motu proprio* eidem Orationi aliam Indulgentiam, defunctis quoque applicabilem, adjicere dignata est *dierum tercentorum* semel in die quovis anni tempore ab universis Christifidelibus, qui corde saltem contriti ac devote supramemoratam Orationem etiam privatim recitaverint. Præsenti *in perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Digitized by Google

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 21 Septembris 1889.

Pro Eminentissimo ac Reverendissimo Domino C. CARDINALE CRISTOFORI, PRÆFECTO,

ALOISIUS CARD. EPISC. SABINENSIS.

ALEXANDER EPISC. OENSIS, *Secret.*

Nos lecteurs trouveront plus haut (page 453) l'Encyclique *Quamquam pluries* et, à la suite, la Prière *Ad te, beate Joseph*, que le Souverain Pontife a prescrit d'ajouter à la récitation du Chapelet et des Litanies de Lorette pendant le mois d'Octobre, et à laquelle il a attaché, pour cette circonstance, une indulgence de sept ans et de sept quarantaines.

Disons, à l'occasion du nouveau Décret, que quelques-uns ont donné une interprétation inexacte des termes de l'Encyclique qui expriment la concession de l'indulgence : « Decernimus, ut Octobri toto in recitatione *Rosarii*, de qua alias statuimus, oratio ad Sanctum Josephum adjungatur, cujus formula ad vos una cum his Litteris perferetur : idque singulis annis perpetuo idem servetur. Qui autem orationem supra dictam pie recitaverint, indulgentiam singulis septem annorum totidemque quadragenarum in singulas vices tribuimus. » Quelques-uns ont compris que la phrase : *Qui autem orationem*, etc., doit être détachée de la précédente, et que les sept années et sept quarantaines d'indulgence sont gagnées chaque fois (*in singulas vices*) qu'un fidèle récite, même en particulier (*singulis*), la dite Prière pendant le mois d'Octobre, la récitât-il plusieurs fois par jour.

Tel ne saurait être le sens. Si l'on veut ainsi séparer cette phrase du contexte, autant vaudrait dire tout de suite que l'indulgence de sept ans et de sept quarantaines est accordée pour toute l'année; car les mots : *Octobri toto* sont, eux aussi, de la phrase précédente, et ne sont point répétés. Le

Digitized by Google

sens est que chacun des fidèles qui assiste à la récitation du Rosaire, ordonnée pendant le mois d'Octobre, et qui fait suivre le Rosaire et les Litanies, de la Prière à S. Joseph, gagne chaque fois une indulgence de sept ans et de sept quarantaines. S'il en était besoin, le Décret actuel de la S. Congrégation des Indulgences apporterait la preuve de cette interprétation : « Sanctitas Sua... singulis Christifidelibus eamdem Orationem publicæ Rosarii recitationi per mensem Octobrem addentibus, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum singulis vicibus acquirendam... attribuit. » La question est donc jugée.

Mais la phrase que nous venons d'emprunter au Décret actuel, ne soulève-t-elle pas un nouveau doute? Il y est dit : « *publicæ* Rosarii recitationi... addentibus; » le sens est-il que les fidèles qui n'assistent pas à la récitation publique du Rosaire un ou plusieurs jours du mois d'Octobre, mais le récitent *privatim* avec les Litanies de Lorette et la Prière *Ad te, beate Joseph*, etc., ne gagnent pas les sept années et sept quarantaines d'indulgence attachées à cette Prière?

Distinguons. Les fidèles qui agissent ainsi, sont, ou ne sont pas, légitimement empêchés de se rendre à une église pour la récitation publique des prières du mois d'Octobre. S'ils n'ont pas d'empêchement légitime, pas d'indulgences; ils ne peuvent gagner les sept années et sept quarantaines accordées pour la récitation publique du chapelet et des Litanies; pourquoi gagneraient-ils les indulgences propres à la Prière à S. Joseph, ajoutée par l'Encyclique *Quamquam pluries?* Si, au contraire, ils sont légitimement empêchés d'assister à l'exercice public, nous pensons qu'ils gagnent les indulgences de la Prière à S. Joseph comme les autres. Ce qui nous décide à adopter ce sentiment, c'est que le Souverain Pontife a *prescrit* d'ajouter cette Prière à la récitation du Rosaire, *de quo*, dit-il, *alias statuimus*. Or, les Encycliques du

Digitized by Google

1er Septembre 1883, du 28 Août 1884, du 30 Août 1885, comprises sous le mot *alias*, mettent sur le même rang les fidèles qui assistent à un exercice public, et ceux qui, par suite d'un empêchement, font le même exercice *privatim*. Il nous semble donc que, actuellement, ces derniers doivent, à la suite du Chapelet et des Litanies, réciter la Prière à S. Joseph, pour faire ce qui est statué par le Souverain Pontife; et, dès lors, qu'ils sont compris dans la concession de l'Encyclique *Quamquam pluries* sous ces termes : « Qui autem orationem supradictam pie recitaverint, indulgentiam singulis, *etc.*, in singulas vices tribuimus. »

Digitized by Google

EX S. ROM. ET UNIV. INQUISITIONE.

QUESTIONS SUR L'ASSISTANCE PRÊTÉE

PAR

DES MISSIONNAIRES A CERTAINS MARIAGES.

Nous empruntons au *Journal du Droit et de la Jurisprudence canonique* (Mars 1889, p. 131) la pièce suivante qui ne manque pas d'intérêt. Ce journal nous avertit (page 138) qu'il l'a tirée directement des Archives du Saint-Office, et qu'elle n'a jamais été publiée. Nous respectons son texte, bien qu'il renferme des fautes évidentes; nous proposerons en note les corrections qui nous paraissent s'imposer. Nous avons le regret de ne pouvoir faire mieux : nous avions pris la précaution d'envoyer copie du document aux îles Sandwich, en priant de corriger; le texte nous est revenu tel que nous l'avions envoyé. On s'est contenté de nous répondre que c'est bien là ce qui a été promulgué dans le temps.

1° D'après la loi du pays, nous pouvons marier et nous marions en effet des catholiques avec des catholiques, des catholiques avec des hérétiques, des catholiques avec des infidèles, des hérétiques avec des hérétiques, des hérétiques avec des infidèles, des infidèles avec des infidèles.

2° Pour les catholiques avec des catholiques, nous suivons exactement le rituel et nous avons toujours soin de les confesser auparavant.

Digitized by Google

3° Pour les catholiques avec des hérétiques ou des infidèles, nous confessons auparavant, pour la grande sûreté, la partie catholique, et nous nous contentons de demander ensuite le consentement des deux parties.

4° Pour les autres, nous ne demandons que le consentement.

5° Nul doute que nous ne puissions, en vertu de nos pouvoirs, marier des catholiques avec des catholiques, des catholiques avec des hérétiques ou des infidèles. Mais pouvons-nous, en sûreté de conscience, comme simples officiers civils, recevoir le consentement d'un hérétique avec un hérétique, d'un hérétique avec un infidèle, d'un infidèle avec un infidèle, qui prétendent ne se marier que d'après le sens et les termes de la loi civile qui admet le divorce?

6° Lorsque les deux parties que nous avons mariées ne sont pas toutes deux catholiques, pouvons-nous remarier celle qui obtient un billet de divorce?

7° Si, ce qu'à Dieu ne plaise, deux catholiques allaient se faire marier par les ministres calvinistes, avec l'intention de ne se marier que d'après le sens et les termes de la loi civile, qui admet le divorce, pourrions-nous marier la partie qui obtiendrait du gouvernement la permission de se marier avec un autre?

8° Notre conduite, dans ce cas, est de marier indistinctement, et même de remarier, tous ceux qui obtiennent du gouvernement la permission de se marier. Nous ne sommes inexorables qu'envers les catholiques que nous aurions validement mariés, et qui voudraient, en vertu de la loi du divorce, se marier de nouveau.

Saint-Office, Décembr. 1850, ad Vicarium Apostol. Sandwic. :

Ad 1m. Providebitur in sequentibus.

Ad 2m. Bene — et rite se gerere.

Ad 3m. Rationem (sive modum) ibi descriptum conjungendi contrahentes, de quibus agitur, minime vetari, dummodo detur consensus extra Ecclesiam sine ulla omnino benedictione, quemadmodum recte de more jubet Ben. XIV, *De Synodo diœcesana, lib. VI, cap. V,* § *5,* et serventur conditiones, de quibus infra.

Digitized by Google

Ad 4^{m}. Providebitur in sequentibus.

Ad 5^{m}. Quoad quæsiti partem primam, viderit S. C. de S. J. (1) utrum orator cum suis Missionariis fruatur revera facultate dispensandi super mixtæ religionis impedimento, et disparitatis cultus. In mentem tamen ejusdem Vicarii Apostolici hic opportune revocetur matrimonia hujus generis semper esse detestanda, numquam a Sacerdote catholico benedicenda, et contrahenda extra fores Ecclesiæ, præmissis prius tribus solitis conditionibus, quæ sunt nimirum educatio totius prolis in catholica veritate, et liberum exercitium religionis catholicæ, et studium catholicæ partis pertrahendi alteram ad veræ fidei professionem.

Quoad secundam quæsiti partem, Missionariis, de quibus agitur, sub quocumque respectu consideratis vetitum est recipere consensum tam hæretici cum heretica quam infidelis cum infideli inter se contrahentium. Quod si Vicarius Apostolicus prævideat superventura damna gravissima catholicæ religioni, et recusat hac Missionarii assistentia (2), sciat ipse Missionarios in tali hypothesi non esse pro interim ob id inquietandos. Sed ipse quam citissime deferet omnia ad hanc S. Sedem, enuntiando eidem diligenter et accurate, quæ et quanta forent damna quæ in casu imminerent, referendo insuper exactissime omnes locorum, temporum, personarum circumstantias, referendo tandem utrum nostri catholici, sive alii quicumque scandalum patientur ob memoratam sacerdotum catholicorum assistentiam, ut S. Sedes mature (3) deliberatione definire valeat, utrum illius regionis Missionariis possit licite permitti, ut intersint præfatis connubiis tanquam officiales, ut ajunt, civiles, sive tanquam tute (4) qua-

(1) Ces deux majuscules *S. J.* désigneraient-elles la *Sacrée Inquisition ?* Ce n'est pas possible, puisque c'est la Sacrée Inquisition qui répond. Nous croyons qu'il faudrait *P. F.*, c'est-à-dire : *Propaganda Fide ;* on sait que la Propagande est chargée d'expédier aux missionnaires leurs pouvoirs.

(2) *Sic;* nous croyons qu'il faudrait : *ex recusata hac Missionarii assistentia.*

(3) Il faut évidemment *matura*.

(4) *Tute* n'a pas de sens ; lisez *testes*.

Digitized by Google

lificati, et auctorizabiles, sola nimirum exhibita præsentia materiali et passiva sine ullo approbationis signo et sine ulla benedictione.

Ad 6m et 7m. Non licere, nisi constat (1) Matrimonium fuisse nullum sive ob legem divortii in paetasu (2) deductam sive ob aliquid aliud dirimens canonicum impedimentum.

Ad 8m. Praxim de qua agitur omnino esse vetandam præsertim si agatur de mixtis Matrimoniis fidelium cum hereticis et infidelibus. Quoad assistentiam vero, quam Missionarii nostri præstant hereticis inter se contrahentibus, et infidelibus, Missionarios prædictos non posse licite iisdem assistere, prout responsum fuit supra ad partem secundam quæsiti quinti.

Les questions et les réponses ci-dessus ne sont pas toutes intéressantes au même degré pour nous; et nous ne voyons pas qu'il y ait lieu de s'arrêter sur les quatre premières. Tout se passe *rite et recte* aux îles Sandwich quant aux mariages des catholiques entre eux, et aussi quant aux mariages que des catholiques contractent avec une dispense de religion mixte ou de disparité de culte régulièrement obtenue, c'est-à-dire, après les trois promesses ou garanties exigées de droit divin. Jusque-là, le Saint-Office se borne à rappeler des règles que nous connaissons, et à approuver sous cette réserve la conduite des Missionnaires. Viennent ensuite des questions et des réponses qui ont bien plus d'intérêt.

I.

La première est celle-ci : « Pouvons-nous, nous, en sûreté de conscience comme simples officiers civils, recevoir le consentement d'un hérétique avec un hérétique, d'un héré-

(1) Lisez *constet*.

(2) Nous croyons qu'il faut lire : *in pactum deductam*.

Digitized by Google

tique avec un infidèle, d'un infidèle avec un infidèle, qui prétendent ne se marier que d'après le sens et les termes de la loi civile qui admet le divorce? »

Il faut avant tout examiner quelles peuvent être les conséquences par rapport à la validité du mariage, de cette *prétention*. Il y a longtemps que le droit a répondu sur ce point; empruntons la solution à une lettre de Pie VI à l'Évêque de Prague :

Quid hic aliud tibi nos respondere possumus, quam quod a nostris semper est prædecessoribus rescriptum, nihil innovari præter id, quod traditum est : si conditio legalis vinculi conjugalis allatis de causis solvendi per pactum expressum matrimonio apponatur, nullum et irritum ab initio dicendum erit matrimonium, nec inde oriri potuisse conjugale vinculum, sed illicitam potius conjunctionem pactam esse, quam utraque pars, maxime catholica, Christi lege deserere omnino tenetur; si vero nulla fuit apposita expressa ejusmodi conditio repugnans substantiæ matrimonii, licet contrahentes generatim intendant contrahere juxta placita sectæ, aut legis concedentis dissolutionem vinculi conjugalis, nihilominus matrimonium valide contractum censendum erit, indeque ortum perpetuum conjugale vinculum, quod nulla civili lege, nulla Consistoriorum acatholicorum auctoritate dissolvi queat, adeoque nec partibus, minus vero catholicæ, facultatem concedi posse convolandi ad alias nuptias (1).

La solution donnée par Pie VI s'impose : on citerait un grand nombre de Bulles des Papes, de décisions des Congrégations romaines dans le même sens, et les théologiens sont unanimes. Il faut donc faire cette distinction pour répondre au Vicaire Apostolique des îles Sandwich. En disant que les

(1) Pie VI, *Gravissimam matrimonii*, 11 Julii 1789, § VII. (Apud de Roskovany, *Matrimonium in Ecclesia catholica*, I, p. 279).

Digitized by Google

hérétiques et les infidèles de ces pays *prétendent* ne se marier que d'après le sens et les termes de loi civile qui admet le divorce, ou bien il s'agit d'une prétention, d'une convention formellement exprimée par les contractants, et alors le mariage est nul; ou bien il s'agit, non pas d'une convention expresse, mais d'une persuasion intime, d'une erreur généralement répandue et concomitante au mariage, et alors le mariage est valide, parce que la volonté actuelle de contracter un vrai mariage détermine le consentement et prévaut. C'est ce que Pie VI, dans la même lettre, répondait lui-même.

Ex decisione Gregorii IX, quæ in hanc rem affertur Cap. *Conditiones*, ult. *de Condit. appos.*, atque ex luculenta doctrina Benedicti XIV, *lib. 13, de Syn. Diœc.*, *c. 22*, qua rem totam mirifice illustrari profiteris ipse, eruitur quidem, si contrahendo matrimonio conditio apponatur, quæ repugnet substantiæ ipsius, nullum et irritum fore matrimonium. Verum, ut ibidem docet Benedictus XIV, si expressa hujusmodi conditio minime apposita fuerit, quamquam contrahentes in eo errore versentur, matrimonii vinculum propter adulterium dissolvi posse (quod idem valet de malitiosa absentia), nihilominus locum esse præsumptioni, ut dum matrimonium contrahere voluerunt, illud juxta institutum Christi atque adeo insolubile inire voluerint, nimirum generali ea intentione contrahendi juxta institutionem Christi privatum illum errorem quodammodo absorbente. — Si generalis intentio contrahendi juxta institutum Christi prævalere censetur intentioni contrahendi juxta principia errantis sectæ, prævalere quoque censenda est ob eamdem rationem intentioni contrahendi juxta legem, quæ ex talibus causis matrimonii vinculum dissolvi permittat. Quod nisi ita esset, nullum prorsus inter istos acatholicos verum existeret matrimonium, sed eorum matrimonia omnia dicenda essent adulterina conjugia, quod longe abest a doctrina et praxi Ecclesiæ. Nusquam enim tot seculis auditum est, acatholicorum matrimo-

Digitized by Google

nia propter ejusmodi errores aut leges habita esse velut nulla et irrita, ipsosque adeo acatholicos, dum post matrimonium ad fidem convertuntur, debuisse aut facta connubia innovare, aut nova contrahere. Nisi ergo vera ea fuissent matrimonia, dicendum foret, Ecclesiam universam hactenus in maximo errore versatam in re ad doctrinam moresque pertinente, quod catholicus nemo dixerit. — Nec deest intima ratio, cur intentio contrahendi juxta placita sectæ adstruentis aut legis permittentis dissolutionem matrimonii non officiat ejus valori, modo non deducatur in pactum. Etenim hoc ipso, quod acatholici vano errore decepti existimant, solutionem matrimonii iis de causis minime repugnare legi Christi, hinc fit, ut in eorum mente propter falsam illam existimationem intentio contrahendi juxta ejusmodi legis ant sectæ placita minime excludat primariam intentionem contrahendi juxta divinam legem per Christum confirmatam. Permanet proinde hæc voluntas in actu contrahendi, ex eaque fluit, ac determinatur ratio consensus, qui actu præstatur. Porro consensus præstitus ex voluntate contrahendi juxta legem Christi aptus est ac sufficiens ad matrimonii valorem, nisi aliud obstet canonicum impedimentum. Contra ubi deducitur in pactum conditio repugnans substantiæ matrimonii, jam actu excluditur voluntas contrahendi juxta legem Christi propter repugnantiam, quæ est inter legem Christi et conditionem, quæ actu expresse intenditur; fitque adeo ineptus consensus ad verum efficiendum conjugium. — Verum potissima ratio est, quam superius attigimus, ex eo ducta, quod nisi vera ejusmodi essent acatholicorum conjugia, universa Ecclesia tot seculis errasset, quæ redeuntes ad fidem acatholicos conjuges ut veros conjuges recipit, licet pravis erroribus imbuti circa matrimonium id antea in sua secta contraxissent, nisi deducta fuisset in pactum expressum conditio repugnans substantiæ matrimonii, aut aliud obstaret impedimentum canonicum (1).

(1) Pius VI, *ibid.*, § IV.

Digitized by Google

Et qu'on ne dise pas que, dans ce texte de Pie VI, il s'agit seulement des hérétiques, qui seuls peuvent avoir l'intention de contracter mariage *juxta institutum Christi*, et que la solution ne s'applique point aux infidèles. Le même Pie VI répond, dans une autre lettre de la même année à l'Évêque d'Agria.

At quid valent ad hujuscemodi honestanda divortia rationes, quæ si rite perpendantur, cum Ecclesiæ doctrina de matrimonio consistere nullo modo comperientur? Doctrina est sacri Tridentini Concilii *Sess. 24, c. 1* : Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum primum generis humani parentem Divini Spiritus instinctu pronunciavisse, cum dixit : *Hoc nunc os ex ossibus meis*, etc., tum Christum Dominum ejusdem nexus firmitatem ab Adamo tanto ante pronunciatam his verbis confirmavisse : *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Quo manifeste patet, matrimonium vel in ipso statu naturæ, ac sane ante multo, quam ad proprie dicti sacramenti dignitatem eveheretur, sic divinitus institutum esse, ut secum afferat perpetuum indissolubilemque nexum, qui proinde nullo civili lege solvi queat. Itaque licet Sacramenti ratio a matrimonio sejungi valeat, velut inter infideles, adhuc tamen in tali matrimonio, siquidem verum est matrimonium, perstare debet, omninoque perstat perpetuus ille nexus, qui a prima origine divino jure matrimonio ita cohæret, ut nulli subsit civili potestati. Atque adeo quodcumque matrimonium contrahi dicatur, vel ita contrahitur, ut reapse sit verum matrimonium, tumque adjunctum habebit perpetuum illum nexum divino jure omni vero matrimonio cohærentem; vel contrahi supponitur sine illo perpetuo nexu, tumque verum matrimonium non est, sed illicita conjunctio divinæ legi ex objecto repugnans, quæ proinde nec iniri potest, nec retineri. Fallitur proinde, quisquis existimat, prout allata illa prima ratione innuitur, matrimonium, dummodo absit ab eo ratio Sacramenti, non esse nisi contractum mere civilem, atque adeo civili potestate solubilem. Quod secus est; nam primo matri-

Digitized by Google

monium non est contractus mere civilis, sed est contractus naturalis, divino jure ante omnem civilem societatem institutus et firmatus, qui etiam hoc insigni discrimine differt ab alio quocumque mere civili contractu, quod in eo genere civili consensus certis de causis interdum per legem suppleatur, in matrimonio vero nulla humana potestate suppleri consensus valeat. Deinde cum ex omni contractu consentaneum aliquod jus oriatur, atque ad matrimonii naturam omnino pertineat, ut jus alterutri conjugi tribuat in corpus alterius, profecto denominatio veri contractus matrimonii sub nulla ratione tribui potest conjunctioni qua matrimonium ineatur ut solubile per allatas causas, quæ conjunctio non solum nullum jus tribuere potest ad obsequia matrimonialia repetenda, sed potius absolutam obligationem inducit illicitæ istiusmodi conjunctionis prorsus dirimendæ; quo fit, ut talis pactio, quæ nullum jus conjugale tribuit, nulla quoque ratione contractus conjugalis seu matrimonialis dici possit (1).

Voilà donc qui est entendu, et l'on ne nous demandera pas de nous étendre davantage sur ce point. Disons seulement que la question du Vicaire Apostolique ne s'applique pas à tel ou tel mariage particulier; c'est une question générale, demandant une règle de conduite pour les mariages des hérétiques et des infidèles entre eux. Il est donc infiniment probable que, par la *prétention* dont il parle, il n'entend point une convention formelle rendant le mariage nul, mais plutôt une persuasion ou erreur commune aux hérétiques et aux infidèles de la région. Ceci posé, il demande si les Missionnaires catholiques peuvent prêter leur assistance à ces mariages, ou mieux, recevoir le consentement, non point comme missionnaires et prêtres catholiques, (il est clair que

(1) Pius VI, *Litteris tuis*, 11 Julii 1789. (Apud de Roskovany, *Matrimonium in Ecclesia Catholica*, I, pag. 289).

Digitized by Google

non), mais comme officiers civils, ainsi qu'il leur est permis de faire par la loi du pays.

La S. Inquisition répond négativement; mais il faut bien peser les termes de cette réponse : « Missionariis, de quibus agitur, sub quocumque respectu consideratis, vetitum est recipere consensum tam hæretici cum hæretica, quam infidelis cum infideli inter se contrahentium. » La défense concerne les Missionnaires; car c'est d'eux qu'il s'agit : *de quibus agitur*; elle ne s'étend pas à un catholique qui serait officier civil. Cette défense existe pour les Missionnaires : *sub quocumque respectu consideratis*, considérés même comme officiers civils. Pourquoi? Parce que c'est une chose intrinséquement mauvaise? Non; et la preuve, c'est que, sous certaines conditions, le Saint-Siège délibérerait s'il y a lieu de le leur permettre, et qu'il a eu parfois des tolérances analogues, nous allons bientôt l'expliquer. Est-ce parce que telle n'est point en soi la mission du prêtre catholique, qu'il y a une distinction à maintenir entre le prêtre catholique et l'officier civil, que cette intervention peut être mal comprise, engendrer du scandale, que, en tout cas, l'invention du mariage civil et l'intervention de l'officier civil ne sont point agréables à l'Église quand il s'agit des mariages de ses enfants ou même des hérétiques, que la persuasion ou l'erreur commune sur la légitimité du divorce rend l'assistance du prêtre catholique plus que délicate, etc.? Nous n'essaierons point de le définir d'une manière absolue; mais nous croyons que ces raisons ont leur valeur et ont pu influer sur la décision.

Mais, comme il ne s'agit point d'un acte intrinsèquement mauvais, la S. Inquisition ne refuse pas d'examiner mûrement les inconvénients graves que pourrait signaler le Vicaire Apostolique contre la suppression de la pratique usitée jusqu'alors. Elle précise minutieusement tout ce qu'il

Digitized by Google

devra exposer dans le rapport qu'il peut avoir à adresser sur ce sujet. En fait, il n'y a pas eu de nouveau recours à Rome, ni par conséquent de rapport; le Vicaire Apostolique, nous écrit-on de Honolulu, « a promulgué la défense faite aux Missionnaires de faire à l'avenir aucun mariage d'hérétique avec hérétique, d'infidèle avec infidèle. Dès lors, les Missionnaires durent cesser de faire ces mariages. »

Nous avons dit tout à l'heure que le Saint-Siège a eu parfois des tolérances analogues à celle dont il promettait d'examiner mûrement les raisons. Le cas que nous avons en vue est précisément celui qui a été oublié par le Vicaire Apostolique des îles Sandwich dans ses questions, ou plutôt celui que fait naître la réponse *ad primam partem quæsiti quinti*, savoir : le cas d'un mariage mixte contracté dans des conditions illicites, par exemple, sans les garanties requises du droit naturel et par conséquent sans dispense. Nous avons vu dans une Dissertation précédemment insérée dans la *Revue* (1), que des circonstances spéciales et des raisons urgentes ont quelquefois déterminé le Saint-Siège à autoriser, *ad gravissima vitanda mala*, la présence *purement matérielle* à ces mariages. Ainsi l'a fait Pie VI, en 1793, quand les exigences du prince protestant, entre les mains duquel était passé le duché de Clèves, l'y contraignirent, et que le Nonce attesta qu'un refus amènerait la ruine de la religion catholique dans le pays. Ainsi agit Grégoire XVI en 1832 pour la Bavière, en 1841 pour la Hongrie, etc. Nous avons cité les textes des diverses concessions; nous n'avons pas à insister ici.

(1) *Nouv. Rev. Théol.*, xv, p. 509-515.

Digitized by Google

II.

Il nous faut maintenant dire quelques mots des trois dernières questions, beaucoup plus graves, parce qu'elles concernent le cas des personnes civilement divorcées, qui se présentent devant les Missionnaires, considérés au moins comme officiers civils, pour contracter, suivant la loi du pays, une seconde union, *vivente priore conjuge*. On remarquera la réponse générale donnée par la S. Inquisition : *Non licere, nisi constet matrimonium fuisse nullum sive ob legem divortii in pactum deductam, sive ob aliquid aliud dirimens canonicum impedimentum*. Nous ne voulons point en exagérer la portée, et nous n'oublions point qu'il s'agit de Missionnaires, et qu'il y aurait pour eux, dans les cas signalés, une inconvenance beaucoup plus grave à prêter leur assistance que dans les cas exprimés dans la question précédente. Nous ne pouvons cependant ne pas constater que le *Non licere* est bien formel, et que la S. Inquisition ne l'atténue aucunement : elle ne cherche point, par exemple, s'il y aura pour les Missionnaires, des inconvénients ou des maux graves à redouter à la suite de leur refus, et elle ne leur promet point d'examiner s'il leur sera possible de prêter à ces mariages un concours purement matériel et passif. Ce ne peut être un oubli : la S. Inquisition a très bien songé d'elle-même à la possibilité de cette tolérance en répondant à la question cinquième, et elle a même répété son avis à propos de la question huitième, comme pour faire une distinction bien tranchée entre les cas dans lesquels l'indulgence serait possible, par suite de raisons graves, et ceux dans lesquels il n'y faut pas penser.

Il semble, du reste, que la série des questions posées fasse bien voir ce qui a fait naître le doute dans l'esprit des Mis-

Digitized by Google

sionnaires, et les a amenés à adopter la pratique réprouvée par le Saint-Siège. Ils se déclarent « inexorables envers les catholiques qu'ils ont validement mariés, et qui voudraient, en vertu de la loi du divorce se marier de nouveau ; » ils ne se prêtent donc pas au secondm ariage, pas même comme officiers civils sans doute. Mais il y a de mauvais catholiques qui se sont fait marier par les ministres hérétiques ; il y a aussi les hérétiques, les infidèles : il leur semble que tous ceux-ci (même les hérétiques et les infidèles qui se sont mariés avec des catholiques *coram ministro catholico*), ont eu vraisemblablement l'intention de se marier *d'après le sens et les termes de la loi civile, qui admet le divorce*, et, estimant peut-être que cela suffit pour rendre le mariage nul, doutant au moins de la validité (1), ils ont pris pour règle pratique de les *marier indistinctement, et même de remarier* tous ceux qui obtiennent du gouvernement un billet de divorce. Pour les remettre pratiquement dans la vérité, la S. Inquisition insiste sur les trois points suivants :

1° Elle rappelle le principe général qui doit les guider, quand ils auront à accorder ou à refuser le mariage à des personnes civilement divorcées, catholiques ou non, du vivant du premier conjoint : *Non licere, nisi constet prius matrimonium esse nullum.*

2° Elle mentionne tout particulièrement le cas dans lequel des conjoints, trompés par le sens et les termes de la loi civile, qui admet le divorce, peuvent arriver, de ce chef, à

(1) Ce n'est pas seulement aux iles Sandwich que ce doute s'est produit. Le 11 Mars 1867, le Vicaire apostolique du Japon avait aussi des doutes et obtenait la réponse suivante de la S. Inquisition : « Matrimonia inita cum solo contrahentium errore quod matrimonii consummati vinculum in casu adulterii vel ob alias causas dissolvi possit, valida sunt. Si vero sub hac expressa conditione inita sint, uti invalida habenda sunt. » (*Collectanea...*, etc. *Soc. Missionum ad exteros*, num. 917).

Digitized by Google

contracter un mariage nul, et elle l'explique selon les principes posés plus haut. Le mariage peut être nul *ob legem divortii in pactum deductam*; hors de là, c'est-à-dire tant qu'il n'y a pas pacte ou convention formelle, l'erreur qui résulte de la loi civile n'annule pas le mariage.

